

# DE LVDOVI PRIVATIS, domesticis veterum

LIBER VNICUS

Ad Illusterrimam Puerum, <sup>VM</sup>  
LVDOVICI à Turnone, Cuniam  
Rossillionam, Illustiss. H. Kroes.

Hereditatem à Turnone  
am.

A. Tore,

IVLIO CASALE RYLEM <sup>GE</sup>O,  
Societatis Iesu Presbytero.



IN VIRTUTE,

LUGDUNI,

Sumptibus LVDOVICI FROST,  
Haedeloville

M D LXVII  
CVM P R VILECHIO.

# DE LVDIS PRIVATIS, AC domesticis veterum LIBER VNIVRS.

## ERRATA.

Pag. Lin.

- 6. 23. *lege*, Bene. lignum.
- 67. 7. visu quosdam musculos.
- 79. 29. sine simulacro.
- 86. 27. Aristogitoni.
- 110. 7. melinum.
- 113. 17. & uer.

Ad Illustrissimum Puerum, IUSTVM  
LVDOVICVM à Turnone, Comitem  
Rossilionæum, Illustriss. Herois  
HENRICI à Turnone  
filium.

*Auctore*  
IVLIO CÆSARE BULENGERO,  
Societatis IESV Presbytero.



L V G D V N I,  
Sumptibus LVDOVICI PROST,  
Hæredis Roville.

M. DC. XXVII. UNIVERSITATI  
CVM PRIVILEGIO. LIBRÆ  
DE GRANADA.



ILLVSTRISSIMO PVERO,  
IVSTO LVDOVICO  
A TVRNONE COMITI  
Rossilionæo, Illustrissimi  
Herois HENRICI à  
Turnone filio,

IVL. CÆSAR BULANGERVS  
Societatis Iesu Presbyter P.F.

Vid mihi animi esse putas,  
COMES ILLVSTRISSI-  
ME, qui tibi puer libellum de-  
ludis offeram, à quibus præ-  
clara tua indoles, contra pueritiae ingenium,  
abhorret? Nam neque pilæ, neque talorum  
ludo caperis, neque alijs lusibus, quos vulgo  
pueritia seftatur, addictus es. De te non in-  
iuria prædicare possum, quod de filio Im-  
peratoris Poëta,

††† 2 Ludus

Ludus erat pueri raptas ex hoste  
sagittas  
Tractare , & tenero iaculum tor-  
quere lacerto,  
Inque frementis equi dorsum cum  
pondere conti  
Indutas Chalybum saltu transfer-  
re catenas,  
Inuentas agitare feras , & fronde  
latentes

Quærere.

Maectus hoc virtutis ingenio esto , I L-  
LV S T R I S S I M E C O M E S , & bellicam  
virtutem , ac literas doctore patre peni-  
tus imbibere pergit. Spes enim est , ubi  
maturior etas vires animi , corporisque  
firmauerit , ut in utroque genere , & Gal-  
lia , sicuti maiores tui , praesidiosis , & illu-  
strissimæ tuae familiæ ornamento. V A L E .

B E N E



B E N E V O L O  
L E C T O R I .



VIA ludi inter vina fre-  
quentes sunt , libuit h̄ic  
pauca de veterum ludis  
subiicere , vt sicuti conui-  
uia sine luxu esse posse ostendi ; ita &  
lusus quosdam sine noxia & culpa  
vsurpari posse ostendam. Tu quic-  
quid hoc est opellæ , beneuole Lector ,  
boni consulito , & viño ac lusu mo-  
deratè vti memento .

††† 3 SYL

SYLLABVS  
CAPITVM.

PROLVSIO

De Alex ludo.

<b>CAP. I.</b>	<b>D</b> e ludorum origine.	pag. 6
2.	De ludorum diuisione.	10
3.	De ludo trochi, & turbinis.	11
4.	De ludo materum, seu lapillorum.	13
5.	De Capite, aut Nauia.	14
6.	De ludo paris, aut imparis, seu Artiasmo.	15
7.	De micando digitis.	16
8.	De castello nucum.	17
9.	De pila, & reticulo Romano.	19
10.	De Sphaeromachia.	20
11.	De Oscillatione.	21
12.	De Ocellatorum lusu.	ibid.
13.	De Chalcismo.	ibid.
14.	De Omilla.	22
15.	De Telia, seu coturnicum pugna, seu ortygopia.	24
16.	De Basilinda, & Dielcystinda.	ibid.
17.	De Muinda, & Chutrinda.	ibid.
18.	De Epostracismo.	25
19.	De musca anea.	26
20.	De	

20.	<i>De ludo ēv κενύλη.</i>	ibid.
21.	<i>De Acinetinda.</i>	27
22.	<i>De Apodidrascinda.</i>	ibid.
23.	<i>De Ascoliasmo.</i>	ibid.
24.	<i>De Ostracinda.</i>	28
25.	<i>Hippas.</i>	29
26.	<i>De Monobolo.</i>	ibid.
27.	<i>De Imanteligo.</i>	ibid.
28.	<i>De equitando in arundine.</i>	30
29.	<i>De casulis exstruendis.</i>	31
30.	<i>De speculo Pythagorae, seu Pythago.</i>	ibid.
31.	<i>De Rathapygismo.</i>	ibid.
32.	<i>De ludo Athenis in balneo Academia.</i>	32
33.	<i>De Cindalismo.</i>	33
34.	<i>De Scaria, seu Scintarismo.</i>	ibid.
35.	<i>De Streptinda.</i>	ibid.
36.	<i>De Schœnophilinda.</i>	34
37.	<i>De Colabifmo.</i>	ibid.
38.	<i>De Cottabo.</i>	ibid.
39.	<i>De Contomonobolo.</i>	35
40.	<i>De Aphentinda.</i>	36
41.	<i>De Chelichelone.</i>	37
42.	<i>De Phryginda.</i>	ibid.
43.	<i>Basilinda.</i>	38
44.	<i>Elcistinda.</i>	39
45.	<i>De planfu ad Solem.</i>	ibid.
46.	<i>De Cubefinda.</i>	ibid.
47.	<i>De Ephedrismo.</i>	40
48.	<i>De</i>	

48. <i>De Pentalithis.</i>	ibid.
49. <i>De Eolocrasia.</i>	41
50. <i>De Platagonio.</i>	ibid.
51. <i>De Equestribus ligneis.</i>	42
52. <i>De Melelonete.</i>	43
53. <i>De Tropa.</i>	ibid.
54. <i>De Trygodiphesi.</i>	44
55. <i>De Pyrricha.</i>	ibid.
56. <i>De Chytrinda.</i>	ibid.
57. <i>De Ephetinda.</i>	45
58. <i>De Alea.</i>	46
59. <i>De Romana alea.</i>	58
60. <i>De ludo calculorum.</i>	68
61. & vlt. <i>De Diagrammismo.</i>	75

## DE



DE L V D I S  
V E T E R V M  
L I B E R V N I C V S.  
P R O L V S I O

*De Alea ludo.*

E Q U E homines , neque bruta in perpetua corporis , & animi contentione esse possunt , non magis quam fides in cithara , aut neruus in arcu . Ideo lusu egent . Ludunt inter se cattuli , equulei , leunculi , ludunt in aquis pisces , ludunt homines labore fracti , & aliquid remittunt , vt animos reficiant . Sed in lusu modus , vt in cæteris rebus , tenendus est . Alea penè vbiique vetita . Cicer . 2. Philipp . de Antonio agens hominem omnium nequissimum , qui non dubitaret vel in foro alea ludere . Idem ait Antonium lege , quæ est de alea , condemnatum . Alea toleranda fuit in Augusto sene , quam remissionis causa sumeret . Forum , inquit , aleatorium calfecimus apud Suetoniam . Germani aleam inter seria sobrij exercent , tanta lucrandi , perdendive , temeritate , vt

A a a      cum

## De Aleæ ludo,

cum omnia defecerint, extremo, ac nouissime iactu, de libertate, ac corpore contendant, ait Tacitus lib. de morib. Germanor. Viætus voluntariam seruitutem adit, quamvis iunior, quamvis robustior, alligari sc, ac venire patitur. Ea est in re praua peruvacacia, fidem ipsi vocant. S. Ambrosius de Tobia cap. 11. pertinax aleæ studium Hunnis attribuit. Ferunt Hunnos, cum sine legibus viuant, aleæ solius legibus obedire, in procinctu ludere, tesseras simul, & arma portare, & plures suis, quam hostilibus iætibus interire, frequenter autem tanto ardore rapi, ut cum ea, quæ sola magna æstimant, arma viætus tradiderit, ad unum aleæ iactum vitam suam potestati vel victoris, vel fænectoris addicant. Laærtius lib. 3. Plato adolescentem, quod alea lusisset, grauiter cecidit. Cum autem quidam diceret: Ita sœuis ob rem parui momenti? Respondit: Res parui momenti non est malis assuescere. Chilo Laco missus Corinthum, ut fœdus cum Corinthiis feriret, incidit in Principes alea ludentes, abscedit, aitque: Absit, ut Spartani cum aleatoribus societatem ineant. Elibertino Concilio can. 79. Qui ludit alea, cœtu piorum mouetur. Romæ tesseras, aut talis lusere. Horatius:

— Postquam te talos, Aule, nuceſq;  
Ferre ſenu laxo vidi.

Martialis :

Vñctis falciferi ſenis diebus,  
Regnator quibus imperat fritillus.

Persius :

Angustæ collo non fallier Orca.  
Hegeſilochus, quod talis luderet, à Rhodiis in exſilium pulsus est. Fugienda alea, quia, ut S. Basilius lib. 7.

## Proloſio.

lib. 7. Exæmer. δὴ τοῖς κὐεῖσι ὄρκοι, καὶ φιλονεκίαια χαρτεῖ, καὶ φιλοχηματία ὠδῖνες. In tesserarum ludo iuvenientia, contentiones molestæ, auaritia dolores existunt. Aristoteles lib. 4. Nicomach. ὁ πὲ κυβὴς, καὶ ὁ λεπόδητος, καὶ ὁ λιγὺς ὡς ἀνελθέρων εἰσὶν. αἰχμοκέρδεις γὰρ ἀπὸ τῆς φίλων κερδαντεσ, οἷς χεὶς διδύνει. Aleator, fur, latro, sunt illiberales; turpe lucrum ſectantur, cum ab amicis lucrum capient, quibus dare oportuit. Roma pueri etiam alea ludebant. Horatius lib. 3. carm.

Nescit equo ruidis, Harere ingenuus puer,

Venariq; timet, ludere doctior,

Seu Greco iubeas trocho,

Seu manus verita legibus alea.

Leg. 3. Cod. de aleatorib. Alearum uſus antiqua res est, & extra operas pugnatorias conceffta. Verūm pro tempore abiit in lacrymas, &c. Vide lib. 11. Pandectar. tit. de alea, lib. 1. Ea coëcrito pertinuit ad Ædiles. Marcialis lib. 5.

Iam tristis nucibus puer reliquit,

Clamoſo renocatur à magistro,

Et blando male perditiſ ſruitillo

Ædilem rogar vduis aleator.

Ouidius 2. Tristium:

Sunt alitis scriptæ, quibus alea luditur, artes:

Hæc est ad uestros non leue crimen auos.

Quique alij lusus, nec enim nunc persequar ornes,

Perdere rem caram tempora nostra ſolent.

Seneca: Aleator quanto in arte melior est, tanto est nequior. Lib. vlt. C. de Religioſ. Nulla est maior occasio deprauandi animi, quam ludus paſſim immodicus, ad perniciem omnium rerum. Sido-nius lib. 1. epistol. de Theodorico ſpectante eos, qui alea ludunt, aut ludente: Theodoricus, inquit,

## De Alea ludo,

Rex Gotthorum in bonis iactibus tacet , in malis ridet , in neutris irascitur , in utrisque philosophatur. Alea ludebant senes. Suetonius in *Augusto*, cap. 71. Inter coenam lusimus γεγυπτως heri , & hodie. Apud Ciceronem de *senectute*, Cato ait: Nobis relinquant talos , & tesseras , qui senes sumus. Sidonius lib. 1. epist. 8. Student pilæ senes, aleæ iuuenes præter morem. Vetus Gloss. κοντησις, aleator, aleo, qui aleam ludit. Julius Firmicus lib. 8. cap. 25. Aleones. Aleatorium erat prope sphæristerium , vbi aleatores talis ludebant , & pilæ ludo fessi vires integrabant. Sidonius epist. 9. & 11. lib. 8. epist. 17. lib. 5. Horatius lib. 2. satyr. 7. Volauerium quemdam commemorat , qui cum chiragra perpetuò laboraret , hominem mercede diurna conductum pauit, qui pro se tolleret , & in pyrgum talos mitteret.

— qui pro se tolleret, atque  
Mitteret in pyrgum talos, merce diurna  
Conductum pauit.

Iouius lib. 29. *Histor.* Philibertum Arausionensem Caroli V. Legatum Florentiam obsedisse ait , & omnia militum stipendia alea perdidisse ; quare infecta re abscedere coactum pra dolore obiisse. Omnes ludos improbat Tertullianus lib. de *Spect.* Ludi et si minore cura per prouincias pro minoribus viribus administrantur , tamen omnes illuc deputandi sunt, unde petuntur, unde inquinantur. Nam & riulus tenuis ex suo fonte , & surculus modicus ex sua fronde qualitatem originis continet. In omnibus ludis aut spurcitia, aut infania, aut sauitia, fraudes, periuria, molestiae, rixæ fuere. Apud Aelianum Chius seruo iratus dixit: Ego non te

## Prolusio.

te in pistrinum trudam , sed mittam spectatum ludos Olympicos , πηγέρεαν πυμείαν ἐπολεμοῦ-  
έν εἰναι μάρτια δεόμενον τόπον τὸ ἀκτίνον ὁ πλαῖδος , οὐτού  
αὐλή αρχαρία. Acerbus supplicium ratu spectan-  
tem ludos Olympicos Sole torri , quam pistrino tra-  
ditum molere. Non ita generati sumus à Natura,  
inquit M. Tullius, vt ad ludum, & iocum facti vi-  
deamus, sed ad seueritatem potius, & quædam stu-  
dia grauiora, atque maiora. Ludo, & ioco vti illis  
quidem licet , sed sicut somno , & quietibus cæ-  
teris, tunc cum graibus rebus , serisque satisfe-  
cerimus. Ludendi quidam modus retinendus , vt  
ne nimis omnia profundamus, elatiisque voluptate  
in aliquam turpititudinem dilabamur. Suppeditant  
autem & campus noster , & studia venandi ho-  
nesta exempla. Tabula talaris dieitur. Tertullianus lib. de *Carne Christi*. Cœlius Aurelianus lib. 2.  
*tardar. passion.* tabellam talearem vocat alueolum.  
Calculi, latrunculi, duodecim scripta in alea nu-  
merantur, et si industria in hoc genere plurimum  
potest. Qui digitis micant, aleam ludunt. Ammia-  
nus Marcellinus: Aleatores se dici timentes, tesse-  
rarios appellari cupiunt. Sed istis alius locus est.  
Iuuenalis satyr. 1.

— Neque enim loculis comitantibus iter  
Ad casum tabula, posita sed luditur arca.

— Simplexne furor sextertia centum  
Perdere, & horrenti tunicam non reddere seruo.

P. Mimus: Aleator quantus in arte aleæ est, tanto  
est nequior. Xenophon in *OEcumenico*: οἱ ἄρροι, οὐ  
μαλακοὶ πονηρότατοι, οὐτε πονηταί νομίζομεν ἄρροιν ἐπι,  
οὐ μαλακοὶ φυγῆς οὐ ἀμέλειαν. οὐ ἄλλαι οὐ εἰσὶν ἀπατλαί  
τινες διασποραὶ περισσεύματα ἴσθναι ἐπι, κυβεῖσα τε, οὐ

ἀνωφελεῖς αἰθρόποιν ὄμιλοις , ἀ τερτίον Θ τὸ χόρη καὶ  
αὐτοῖς τοῖς ἐξαπαθεῖσιν καταφανεῖς γένονται , ὅτι λόγῳ  
ἄριστοι πονοῦσιν πεπλευμέναι . Calor ludentis sæpe  
aberat.

*Vixque petit primò plenum flauentis arena,  
Nondum calfacti velitis hasta solum.*

Sed verba Xenophontis interpretetur : Ignauia, &  
molles pessimi sunt , si ignauiam existimamus  
esse malitiam , & mollitatem animi , & negligen-  
tiam . Et aliæ sunt deceptrices dominæ volupta-  
tes , cuiusmodi est aleæ lusus , & colloquia con-  
uentusque hominum inutiles , quæ tandem iis ,  
qui decipiuntur , ostendunt se dolores voluptate  
obsoletos esse .

### De Ludorum origine.

#### C A P V T I.

**L**vdos à Lydis ortos esse auctor est Herodotus  
*lib. i.* tempore Atys Regis , vt otio , & quiete ,  
famem , quæ in Lydia grassabatur , fallerent , quam  
exercitatione , & motu augeri , ac incendi puta-  
rent . Εἰδεπειώνει δὲ ὁ τότε ἡγεμὼν τοῖς κατα-  
χάλων , ἢ τοῖς σφράγεσ , ἢ ἄλλοις παστοῖς τὰ εἴδεα  
πλήν πατῶν . τότεν γένεται τὸ πίνακας εὐρεόντος τοῖς οἰκοιστοῖς λυδοῖς .  
Tum igitur inuentum ab iis tessellarum , & talorum lu-  
dum , & pile , ceterorumque ludorum omnia genera , pre-  
terquam calculorum , quorum sibi inuentionem non vin-  
dicant Lydi . Porro ad famem discutiendam altera  
quidem die quam longa fuit lusisse , ne ciborum  
quærendorum sollicitudine torquerentur , altera  
verò

verò lusu abstinentes vesci consueuisse , atque hoc  
modo vixisse aqñis duodeviginti . Si ludos omnes  
Lydi repererunt , exceptis calculis , sequitur & sce-  
nicos ab iis repertos , quibus spectandis totum  
diem persidendo operam darent . Miror eos pila  
lusisse , quæ motu & agitatione famem debuit ac-  
cendere . Tertullianus eadem de re lib. de spectacul. .  
Lydos ex Asia transuenas in Hetruria consedisse ,  
& spectacula religionis nomine instituisse , inde  
Romam accersitos artifices , mutuantur tempus , &  
enuntiationem , vt ludi à ludis vocarentur . Plato  
in Phædro Theut Ἀgyptium περιτον , ait , ἀειθὺν , καὶ  
λογοτὴν δέ πεν , ἢ γραμματα , ἢ ἀστρονομίαν , ἢ τὸ πε-  
τρίαν , ἢ κινεῖαν , primum , ait reperiisse numerum , &  
numerandi artem & Geometriam & Astrono-  
miam , & calculos aleam , tesseras & talos . Eusta-  
thius ad lib. i. Odyssea verba Platonis referri ait  
non ad talos & aleam , sed ad tabulam , aut later-  
culum , in quo per calculorum motus indicantur  
Solis & Lunæ conuersiones & defectiones . Vocat  
πεδίπολιν παδίαν , πεδίπολεν , παζεύφειδες παδί-  
άντοις ὥστε εἰ τῷ πεδίπολῷ παδίᾳ , describi quandam  
laterculum vt in ludo calculorum , & in eo late-  
culo signari motus Solis , & Lunæ . Idem ad lib. 2.  
Iliad. πελεῖδη Ἀgyptiacam docet esse philosophi-  
cam . Isaacius Porphyrogennetes in Paralipomenis  
Homeri πελεῖδα Palamedi ascribit , vt & alij de qui-  
bus infrā agemus . Hesychius interdum πελεῖδαν , &  
calculos cum κινεῖα , & alea confundit . Alibi di-  
stinguit his verbis , εἰ κινεῖα τὸς κινεῖος ἀναρρηπτον ,  
εἰ δὲ τῷ πελεῖδα μέτρῳ μέτρον τὸς κινεῖος μετανυστον . In alea  
talos aut tesseras iacent , in ludo calculorum , calculos  
tantum monent . Græci , Ἀgyptij , & Pyrrhus in ludo

tabulæ calculos cum tesseris coniunxerunt, & eum lusum usurparunt qui vocatur hodie trictrac. Romani 12. scripta indigetarunt. Lusus tabulæ constans calculis sine tesserae dicitur hodie *Sakkia*, vulgo *sens d' Eschets*. Chetmat regem mortuum significat. Eustathius igitur ex Herodoto discrimen inter κύβους, & πεντάγωνους, id est, tesseras seu talos, & calculos fuisse ostendit his verbis, ἡρόδοτος οὐδὲ φανερῶς διαφέρειν διηλοὶ κύβους, ἢ πεντάγωνον, εἰς οὓς λίχεις, ὅτι λύθοι τὰς κύβους εὑρεν, καὶ τὰς ασπραγάλας, καὶ τὰς σφαιραπαν, ἢ ἄλλα πεντάγωνα πέντε πεντάγωνα, Herodotus manifestè declarat tesseras, & talos à calculis differre, dicens Lydos inuenisse tesseras, talos, pilam, & alia ludicra exceptis calculis. Sophocles à Palamede tesseras, & calculos repertos ait, ut famam falleret, ac cibi memoriam tolleret.

Ἐλεύθερον δέ τοι δέ με ἀποτελεῖσθαι  
εἰπεῖν, χρόνον τε διατείθειν οὐφεντάτας  
εφεύρε, φλοιόσβες μὲν κόπον καθημένοις,  
πεντάγωνος, κύβους τε τερτιὸν ἀργίας ἔχει.

Annon Palamedes famem Deo faciente ab illis expulit, & inuenit rationem temporis fallendi sapientissimam, sedentibus post laborem mari, & fluctuum, calculos & tesseras, iucundum desidiæ remedium. Aleam militem fuisse bello Troiano qui aleæ lusum innenerit putat Isidorus, nescio quo auctore. Videtur, ut saepe alias, in rebus quas ignorat diuinare. Verba eius sunt lib. 18. Alea lusus tabulæ inuenta à Græcis in otio Troiani belli à quodam milite nomine Alea. Meliūs Ioannes Antiochenensis lib. de originibus, Suidas, Cedrenus, & Isaacius Porphyrogeneta Palamedi ascribunt. οὐ παλαιότερον διὰ τὸ τάξις τὸ γένον κόσμον γνιέσθω, τὸ

ζωδιακὸν

ζωδιακὸν κύκλον διὰ τὸ διάδικτα κόστον, διὰ τὸ θυροσόλει, καὶ τὸ εὐ αὐτῷ ἐπὶ τὰ κοκκίναν τὰ ἑπτὰ ἀστέα τὸ πλανητόν, διὰ τὸ πύργον τὸ ὑπόθετόν εἶναι εἰς διδοῦ τὸν πάντα τὰ, καὶ φαιλα. Palamedes per tabulam mundum terrestrem obscurè significauit, per duodecim capsos, seu septa, & sedes calculatorum Circulum zodiacum, per finum, & colum virinum, in quo inclusa erant septem grana, quatuor scilicet tali, & tres tesserae, septem Planetas. Per turriculam, seu frithillum altitudinem cali, unde bona, & mala dantur; ex colo, seu fimo in turriculam tesserae mittebantur, ne fallaci manu tractarentur. Suidas: ταῦλα ὕσουμα παιδίας. ταῦλης ἐφεύρε παλαμίδης εἰς διαγωγὴν τὸ ἐπλευτικὸν στράτεον οὐ φιλοσοφία πολλῆ. ταῦλα γάρ δέ ὁ γάινος κόσμος, διόδηγα τὸ κύλος ὁ ζωδιακὸς ἀερθύνιος, &c. vt suprà. Tabula nomen lusus, quem inuenit Palamedes in oblectamentum Graci exercitus, cum multa Philosophia, &c. vt suprà ex Ioanne Antiochenensi. Putem Palamedem reperiisse calculatorum ludum sine tesserae, quod belli simulacrum est; tesseras à Lydis repertas; tabulam, in qua tesseras, & calculis luditur, quam mundi simulacrum esse volunt, ab Aegyptiis repertam. Negat enim Herodotus calculos à Lydis repertos. Homerus quidem Procos la-trunculis, seu calculis lusisse ait. Athenæus lib. 1. καὶ οἱ μητρῶπες τὸ περιπέραν τοῦ πατέρος ἐπέργοντο, & τοῦτο τὸ μεγαλοπολίτεον Μαδάρη, ἢ Θεοδόρη περιβόντες τὴν πεττείαν, ἐδίπλωσαν λένον τὸ ἐντερόν της Αθηναίας, ὃς ἀντίτιθετο τῷ καὶ τὴν πεπλωτικήν. Proci apud Homerum pro foribus calculis ludunt, non docti ludere à Diodoro, aut Theodoro Megapolita, aut Leone Mytileneo Athenis, à maioribus oriundo, qui in eo ludo fuit insuperabilis. Centum & octo fuere Proci, qui totidem, quot essent ipsi, calculos inter

Aaa 5 se

se contrarios, numero pares statuerint, ut ex utraque parte quinquaginta quatuor essent, intermedio quodam spatio relicto, quod vacuum esset. In ea area, quæ acies, & ordines discernebas, calculum unum collocasse, quem Penelopen nominabant. Pro signo, ac scopo is. erat, si quis altero calculo ferire posset. Hæc habet Athenæus lib. 1. quæ ad tabulam Palamedis non faciunt. Itaque verbum ea de re non addimus.

*De Ludorum diuisione.*

## C A P V T I I.

**L**Vdi alij fuere publici, qui in publico ederentur; alij priuati, quibus domi luderetur. Ludi publici, in Græcia Olympici, Pythij, Nemezi, Istmici, de quibus Petrus Faber doctissimè. Romæ scenici, gladiatorijs, Circenses, venationes, de quibus nos olim, & plerique alij. De pila Mercurialis. Nos hic de priuatis agemus, qui minus vulgati sunt, maximè de iis, qui Romæ in vso fuere, si priùs monuerimus in omnibus penè ludis aliquid contra bonos mores esse. Trochus à Catone Dionysio commendatur, qui pueros iubet trocho ludere. Multi alij sunt ludi minus damnosi, quibus hodiéque utimur, cùm à Græcis, aut Romanis arcessantur, de quibus sic habeto.

De

*De Ludo trochi, & turbinis.*

## C A P V T I I I.

**T**Rochum vulgo eumdem esse putant turbini, seu βέμινι, quem pueri flagello in porticibus agitant, dicuntque: οὐτὸν ἔλα, agito turbinem, qui τηνι viribus respondeat. Hac mente Pitacus dixit cuidam consulenti quam vxorem duceret, ut audiret in porticibus, quid pueri turbines agentes dicerent, audiuit ille canentes, οὐτὸν ἔλα, & moneri se sensit, ut vxorem duceret suis vi tribus, & generi parem. De turbine Tibullus lib. 1., eleg. 5.

*Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo,  
Quem celer affusa versat ab arce puer.*

Persius:

*Neu quis callidior buxum torquere flagello,  
Græci dicunt, βέμινγ. ἔλαν, vel ἔζειν. Alius tamen à turbine trochus fuit. Erat enim trochus circulus æneus magnus, cui annuli multi inserti erant, ut strepitu obuij trocho cederent de via. Ansa apprehensus in longum mittebatur, volutabaturque cum strepentibus annulis. Vidi in Italia, qui circumlum æneum longè iacerent volutabundum, donec motus per se quiesceret, aut ad lapidem, & obicem offensus inflesteretur, & caderet. Vetus Gloss. Trochus rotæ genus ad ludum. Trochus ludentum rotæ. Propertius ansam, qua trochus apprehendebatur, clauem vocat. Martialis lib. 11.*

*Tam laxus, quam celer, arguo qui sonat are trochus.  
Lib. 14.*

Indss.

*Inducenda rota est. das nobis vile munus,  
Iste trochus pueris, at mihi canthus erit.  
Alij cantum legunt, ob sonum suauem. Ouidius  
lib.3. Artis:*

*Sunt illis celeresque pilae, iaculumque, trochique.  
Horatius lib. de arte poetica:*

*Indoctusque pila, discive, trochive quiescit.*

*Lib.3.carm.24.ludum Græcum vocat:*

*Venarique timet ludere doctior,*

*Seu Graco iubeas trocko,*

*Seu malis vetita legibus alea.*

*Martialis lib. 14.epigr. 154.*

*Garrulus in laxe cur annulus orbe vagatur?*

*Cedat ut argutis obvia turba trochis.*

*Propertius lib. 3. eleg. 14.*

*Quum pila veloci fallit per brachia iactus,*

*Increpat & versi clavis adunca trochs.*

Martialis supra canthum trochi vocavit. Propriè canthus est ferrum ambiens curuaturam rotæ. Gloss. vetus,  $\nu\bar{\nu}\theta\circ\Gamma\chi\pi$ . Propertius clavem aduncam trochi vocat, vt diximus, ansam, qua trochus apprehenditur. Passeratius putat clavem esse, qua trochus compactilis aperiebatur immittendis annulis, & claudebatur. Ouidius eleg. 1.lib.2. Tristium:

*Hic artem nandi præcipit, ille trochi.*

Apud Platonem lib.4.de legibus: Trochi erant, qui defixi in eodem loco circumagebantur. οἱ γέ σπό-  
σιλοι ὄλοι ἐστοι περὶ ἀνα κεῖ κανθν) ὅταν εὐ τῷ εὐτῷ  
τῶντες τὸ κέντρον περιστεγο). Trochi toti stant simul,  
& mouentur, quum in eodem loco defixerint cuspidem. Basilius homil.5.in Exaëmer. Trochi, inquit, accepto  
primo ictu circumaguntur, quum defixa cuspede  
in

in seipsis circumaguntur. Vincit is, cuius trochus ictus diutiùs voluitur. Diximus alios fuisse turbines, quorum inferior cuspis in eodem loco non circumageretur, sed scutica agitati vagarentur. Virgilius 7. Aeneid.

*Ceu quondam torto volitans sub vespero turbo  
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
Intenti ludo exercent, ille actus habena  
Curuatis fertur spatiis. Vocat volubile buxum.*

Græci σπόμενοι, σπόσιλοι, βέρενης. Alius fuit trochus, de quo Acron lib.3. Ode 24. Horatij, Trochus est rota, quam currendo pueri virga regunt. Xenophon in Symposium meminit circuli pleni ensibus rectis, quos saltu saltatrix ensibus rectis transfilaret, de quo egimus lib.1. Theatri nostri. Artemidorus lib.2. cap.78. vocat Θερπακτεῖν, ή μαχαιρας πεδι-  
νεῖς. Ludere ad rotam, volui, & circumagi circum  
enses, eosque transfilare. In Symposium Xenophontis  
mentio fit duodecim rotatum, quas saltatrix vi-  
bratas in altum ejiciebat, & excipiebat reciden-  
tes saltans.

---

### *De Ludo materum, seu lapillorum.*

#### **C A P V T I V.**

**H**odie pueri apud nos ludum Madrellarum usurpant, in quo quatuor linea quadræ foris, quatuor alias lineas includunt, quæ media linea quasi diametro secantur, & tres vñus ex collusoribus bacilos, totidem alijs varijs locis collocant, & id studiosè agunt, vt tres bacilos suos in eadem

eadem linea continentur. Meminit ludi illius Ouidius lib. 2. Trist. eleg. 2.

*Parna sedet ternis instructa tabella lapillis,  
In qua viciisse est, continuasse suos.*

Lib. 3. *ματιοτεχνίας,*

*Parna tabella capit ternos utrinqe lapillos,  
In qua viciisse est continuasse suos.*

Madrellas, inquam, nostri vocant, quia Materes sunt baculi, auctore Nonio, unde & apud nos hodieque vox Gallica *Matras* sagittam significat, quasi baculum. Sisenna vetus auctor, Gallia matribus, id est, telis oblongis pugnat. Materis η ξυλεία, η υλημα, unde & materia dicta.

### De Capite, aut Nauia.

#### C A P V T V.

**V**ulgaris hodie lusus est, indigetatus, *croix ou pile*, pila Nauem significat, unde vulgo magister nauis dicitur *Pilote*. A Romanis & Græcis ludus hic arcessitur, diciturque, *Caput*, aut *Nauia*, quia olim in nummis ratitis caput erat Iani ex uno latere, ex altero nauis. Macrobius lib. 1. *Saturnal. cap. 7.* In aleæ lusu cum pueri denarios in sublime iactantes capita aut nauiam exclamant. Eius ludi meminit S. Augustinus.

De

### De Ludo paris, aut imparis, seu Artiasmo.

#### C A P V T V I.

**H**odie ludus apud pueros frequens est, cui nomen, *pair, ou sou*, de quo Horat. Sat. 3. lib. 2. *Ludere par impar, equitare in arundine longa.* Sueton. in *Augusto* cap. 70. Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quot singulis conuiuis deram si vellent inter se post cœnam vel talis, vel par impar ludere. Schol. Aristoph. ad *Plutum* οὐρανὸν ζύγα ἡ ἀρπα, ἄρπα ἡ πένσα. Aristot. lib. 3. cap. 5. ad *Theodect.* ἀρπάζειν. Ouidius,

*Est etiam par sit numerus qui dicat, an impar,*

*Vt diuinatas auferat augur opes.*

Plato in *Lyside*, ἀρπασμὸν qui siebat nummis, aut nucibus, aut fabis. Pollux cap. 7. lib. 9. τὸ δὲ ἀρτιάζειν εἰς ἀσπαργάλων πάθεις κρυπτοράθνων τὸν τοῦ χεροῦ μετατέλειον εἶχεν τὴν ἀρπάν, τὸ δὲ πεντάλων. τὸν δὲ τὸ τέτον τὸ κυάνων, τὸ ναφύον, τὸ ἀσυρμάτων, τὸ ἀργυρίῳ περιτελεῖον. Aristophan. in *Pluto*,

*συνῆπον οἱ δεάποντες ἀρτιάζορυ.*

Aristot. lib. 3. *Rhetor.* πόσοι δέ εἰ τις ἐν τοῖς ἀρπασμοῖς ἀρπά ἡ πένσα εἰπούν. id est, vox *artiazēin in talis pluribus manus comprehensis diuinationem habuit parium & imparium*. Id ipsum factitatum in fabis, nucibus, amygdalis, & argento. Serui stateribus manu inclusis par impar ludimus. Fieri potest ut in ludo hoc diuinet aliquis par ne sit numerus, an impar. Galli nostri dicunt *pair, ou non*. Alij *pair, ou sou*, siue solum intelligent, qui numerus est impar, siue

sue solidum vnum, & solitarium, sue illud Gallicum *pair*, ou *sou*, à voce Græca *στειρά* dictum sit. Scholiaſt. Aristoph. in *Pluto*, στειρά οὐ ποτὲ τις κέρυνος, ἵπατα πότου ἐκτίνεις τῶν κέρησ, καὶ ἡδὸν ὅπητος καὶ λαμβάνει ὁταν δὲ εἰ τὴ κέρη, ἡδὸν οὐτὶς ἀναρτη, &c. Artiaſmo luditur apud Platonem in *Lyside*, idque talis, vt & apud Pollucem lib. 9. Apud Suetonium tamen lib. 2. diſtinguuntur tali ab artiaſmo loco quem ſuprā posui. Dio Chryſoſt. de consultando, οἱ ἀρ-  
τιάζοντες ισοι πῦ ὅτι εἰ ἔχεις τοὺς τεγματεῖς οὐρανο-  
τες κέρης ἔχεις, & μόνοι τοι ὅτι τοστον ἀλλ' ἐνιστε καὶ  
ἐπειπον εἰπειν, καὶ εἴτω δὲ κρατήσοντες ἀπολλάγονται. Qui  
par impar ludunt ſciunt eos à quibus prouocantur manu-  
rem continere, numerum neſciunt, interdum diuinant,  
& vincunt. Aristophanis verba quæ ſuprā posui  
Latina facio. Quum aliquis pugno incluerit nu-  
ces, extenta manu dicit, quot latent nuces hic. Si  
qui rogatus eſt numerum diuinari lucratur id  
quod erat in manu, si aberrauerit, ἀπονέντων, tan-  
tumdem de ſuo exfoluit. Vide Pollucem lib. 7.c.33.  
et cap. 24. κελεύθινον τοι εἰδος ἐν τῷ νομικο-  
ἀπριάζον. *Ludus in quo nummis par impar ludebant.*  
Erat alter chalcismus cum rectum nummum di-  
giſto impositum circumagentes mox excutiebant,  
& priuſquam humi caderet recto digito rufſus ex-  
cipiebant. Qui ita exceperat vincebat, ait Eusta-  
thius *Iliad.* ξ. et *Iliad.* α. Item Pollux lib. 9. cap. 7.

*De micando digitis.*

## C A P V T V I I .

**L**Vſus hodie in Italia frequens quo digitis mi-  
cant, & vtraque manu protenſis aliquot di-  
gitis

gitis dicunt, quinque, aut tres, aut ſeptem, & diui-  
nare conſtituit numerum digitorum qui prodeant.  
Vulgo vocatur *Monnīe*. Hoc ludo ludunt Hyme-  
naeſ & Cupido apud Noſſitum lib. 3.3.

φιλαρίταν ἢ βολάνην

λαχεῖος εἷς μετέπον ἐπερός Συπαλάκτιον κέρησ,  
καὶ τὰ μὲν ἄρθρα τετράγονας ἀνέχεται, &c.

Sortitio erat iaculationum viñosatum ſequens di-  
gitos versatiles manuum. quorum alios attolle-  
bant, alios intra volam concludebant colligatos.  
Vet. Gloss. micare λαζαρεῖν. Varro in *Parthenone*,  
Micandum erit cum Græco, vtrum illius numerum,  
an ille meum ſequatur. Vnde proverbiū,  
*Dignus qui cum in tenebris mices*. id eſt, fideliſ eſt,  
non fallax, quia ſi vel in tenebris diuinariſ quod  
digitiſ ſuſtulerit, fatebitur. Olim micatione car-  
nes, & merces in foro emebantur, quod poſteaze-  
titum, & cautum vt ſub exagio, id eſt, ad trutinam  
emerentur. Veruit priimus Apronianus praefectus  
vrbī, vt eſt in veteribꝫ inscriptionibꝫ. Sub ex-  
agio potius pecora vendere, quam digitis conclu-  
dentibus tradere. Glossa, ἔξαγον penſatio.

*De castello nucum.*

## C A P V T V I I I .

**L**Vſio alia puerilis fuit, quæ hodiéque tenet,  
quámque puer ſæpius olim viſurpaui, cum  
castellum ē nucibꝫ componeretur, de qua Qui-  
diu de Nuce:

*Poma cadunt mensis non interdicta ſecundis,*

B b b

Et

*Et condit letas parca colona nuces.*

*Hac puer aut certo rectas discerberat istū.*

*Aut pronas digito, bisve, semelvē petit.*

*Quatuor in nucibus non amplius alea tota est,*

*Cūm sibi suppositis additur una tribus.*

*Per tabule clivum labi inbet alter, & optat,*

*Tangat vi è multis qualibet una suam.*

*Fit quoque decreta qualem celeste figura*

*Sidus, & in Gracis littera quarta gerit.*

*Hec ubi distincta est gradibus quæ constitit intus,*

*Quot retigit virga, tot caput ipsa nuces.*

*Vas quoque saepe canum spatio distante locatur,*

*In quod missa leni nux cadat una manu.*

Plures Ouidius attingit ludos. Primus est, cūm rectæ nuces statuerentur, deinde certo istū deijscerentur, aut digito pronæ decuterentur, aut tribus vna imponeretur, castellūnque fieret, quod iactu nucum deijsceretur, aut in tabulam declivem, in qua multæ nuces essent, alia iactæ eas tangerent, quæ in tabula erant. Tum  $\Delta$  delta litera pluribus nucibus compositis exprimeretur, quasi cælestè sidus, & virga tangeretur, aut in vas cauum à longè nuces conijcerentur, quæ vel in cauum intrarent, vel deciderent, cūm non intrassent. De illo castello è quatuor nucibus conflato Philo Iudæus in Cosmopœa: οἱ καρυαὶ ὄντες εἰδόσιν τείχον εἰς ἀπίτεδῳ περιθέντες κάρυα ἀπίφερον ἐν χῆμα πυραμοειδής ἀπογυνῶντες. τὸ δὲ αὐτὸν ἐν ἀπίτεδῳ νυκτος τείχουν ἵσα, μέχει τείχος, τὸ δὲ ἀπίτεδὴ τετράδα μὲν ἀειθροῖς, ἐν δὲ χῆματι πυραμίδα γλυνῷ σερρῷ ἡδη σῶμα. Qui nucibus ludunt, solent in plano tribus compositis nucem unam imponere, faciūnque pyramidem. Triangularis igitur in plano puellulis stat usq[ue] ad ternarium, nux imposta

posita quaternarium numerum facit, sed inter figuræ pyramidem, que iam solidum est corporis. Pueri olim nuces in sinu vestis gerebant, ludebantque, & deprehensi poenas dabant. Martialis:

*Alea parua nuces, & non damnoſa videtur.*

*Sepe tamen pueris abstulit illa nates.*

Horatius:

*Postquam te talos, Aule, nucisque*

*Ferre sinu laxo vidi.*

### De Pila, & reticulo Romano.

#### C A P V T I X.

D E pila consule Mercuriale lib. de re Gymnastica. Romanos autem pilas, vt nos' hodie reticulo excussisse docet Ouidius lib. 3. *ματατεξίας,*

*Reticulōque pilæ leues fundantur aperto,*

*Nec nisi quam tellis, illa mouenda pila est.*

Apud Romanos quatuor pilæ genera fuisse vulgatum est, follem vento tumentem, quo pueri expulsim ludunt, apud Nonium. Propertius lib. 3.

*Cum pila veloces fallit per brachia iactus.*

Follis maior propriè dicitur pila. Secundò Trigonalis pila minor dicta est à figura, & situ ludentium, non quodd tribus angulis constaret. Caeabant, ne pila excideret. Martialis lib. 12.

*Captabit tepidum lena, dextraque trigonem.*

Tertiò, pila paganica, quæ pagis erat in vsu, maior trigone, minor folle. Martialis lib. 14.

*Hec, quæ difficilis turget paganica pluma,*

*Folle minus laxa est, & minus arcta pila.*

20 De Ludis veterum,

Quartò, Harpastum, pila parua è corio, dicta ex eo, quod ludentes alteri alteri pilam puluere asperfam raperet. Athenæo φασινδα est. Martialis lib. 7.

Non harpasta vagus puluerulenta rapit.

Clemens Alexandrinus lib. 3. Padag. σφαίρης μηρὰ vocat. Pila dicitur & κέρυκος, vnde Hippocrati κερυκομαχη. De Græca pila mox agemus.

De Sphæromachia.

C A P V T X.

S Tatius in Praefatione libri 4. Syll. sphæromachia seu meiniuit his verbis: Sed & sphæromachias spectamus, & pilaris lusio admittitur. Sphæra illa, seu pila vento plena manibus, pedib[us]que impellebatur. Quum enim duas factiones, seu partes essent in stadio, ab una parte pila in medium mittebatur, accurrebant alterius factionis partiarij, & pilam manu, vel pede impellebant, ut trans fines, & limites aduersariorum eam iacerent. Interim pugnis, calcibus sibi ora contundebant, ut alij aliis pilam præripserent, quam iacerent. Vidi Florentiae hunc ludum in latissima platea usurpari. Seneca epist. 80. Spectaculum, quod omnes molestos ad sphæromachiam auocauit. Si corpus perduci ad hanc patientiam potest, qua & pugnos pariter, & calcis non unius hominis ferat. Infra ex Polluce lusum non absimilem referemus.

De

Lib. Vnic. Cap. XI. &c. 21

De Oscillatione.

C A P V T X I.

D E Oscillatione egimus lib. 1. de Theatro. Græci vocant αἰώνας. Virgil.

Oscilla ex alta suspendunt mollia queru[m].

Æoræ erant pensiles iactationes quibus suspensi fune ex arbore homines se iactarent, ut Germanicus ad Aratum. Vidi pueros qui trabes longiores in utroque extremo duobus pedibus instruetas transuersas σωεγιαδῶς collocarent, ita ut altera alteri imponeretur, & cum duo in extrema trabe se attollerent, & demitterent æoras imitarentur.

De Ocellatorum lusu.

C A P V T X I I.

O Cellata dicuntur nucēs quæ ocellorūm p[re]ferunt rotunditatem. Varro, altera exorat patrem libram ocellatorū. Augustus talis ocellatis, nucibus ludebat cum pueris, apud Sueton.

De Chalcismo.

C A P V T X I I I.

P Ollux lib. 9. cap. 7. οὐ χαλκοῖς ὅρθον γόνιον εἶδεν σωτήρος πειστρόφατος δημητρεφόδημον δημητρού τοῦ δεκτόλοφο. Phrynes lusio fuit. Chalcismus lusio est aleatoria quæ fit per contentam, & violentam ærei

B b b , nummi

nummi vertiginem Is vincit qui nummum rectum digito gerit. Eustathius, ὁ χαροπός καλητὴ παιδία στὰ ουρώνες δειπέσθαι χαλκὸν νομίσματα Θεοὶ φωτίζουσι τὸ πόδι δικτυλοῦ ἵστον ἔχειν εἶναι. Pollux, γανγάλην οὐ πιθαῖνειν πείσθαι, εἰ μὲν νομίσματα ἡρπάζειν. Lib. 7. c. 24. & cap. 33.

*De Omilla.*

## C A P V T X I V.

**G**ræcis ludus fuit haud infrequens, quem Pollux exponit lib. 9. cap. 7. Circulum vel humi, vel in mensa describebant, & ex spatio definito talum in circulum mittebant. Is vicerat, cuius talus in circulo manisset. Ludus hic vocabatur *is ἄμμας*, vel *ἄμμα*, quia de certo iactu intet ludentes certamen erant. Interdum in eo circulo coturnicem, ὥρην locabant, quam unus è ludentibus digito feriebat. Ea si iactui cedens extra circulum alas excussisset recalcitrans, addicebatur ei, qui eam digito percussisset, & domino victo adimebatur. Alius ludus fuit, cui nomen *Tropæ Talos*, vel *nuces*, & *ἄχνες*, glandes in scrobem iaciebant. Vincebat, qui miserat in scrobem; qui aberrarat, vincebatur.

Alter lusus dicitur Episcyrus, seu Ephēbica, & promiscua, seu *δηικον*. Sunt duæ factiones, seu partes, singulæ ex pluribus lusoribus, qui lineam quamdam in medio constituant, quæ Scyrus vocatur. Ab ea linea ambæ partes ex æquo distant, & in ea pilam ponunt. Tum verò duas alias lineas

à media

à media linea ex æquo distantes hinc inde ducunt, ex quibus utrinque ad medium lineam currunt, vt pilam arripiant, & supra aliorum limites, & fines iacentur. Certamen utriusque factionis in eo est, vt pilam iactatam arripiant, & eoùsque in longum iacent, donec supra limites, & ultimam lineam contrariæ partis eam transegerint. oīs ἕργον ἦν διπράξασι τε τὸ σφράγις φερούμενος, καὶ διεβάλλειν τὸν οἱ ἀτετατοὶ τὸν ἐπέραν τῶν τεραν χαρακτὸν ἀπέστοντι). Quibus id negotiū est, vt pilam per aërem, aut humum expulsa arripiant, donec alteruiri alios ad aliam usque lineam expulerint. Hoc genus ludi Florentiæ magna celebritate usurpari vidi.

Tertiò, pilæ ludo nomen est ἀπόρρεξις. In eo pilam oportuit directè in solum iactu allidere, vt alij exsiliensem in altum arriperent, & manu iterum allisam remitterent, & saltus pilæ variös, ac multiplices numerarent.

Quartus pilæ ludus fuit Vrania, quum unus aliquis reclinans se se pilam in cælum proiecitur, alijs verò cura est, vt assilientes, priusquam terram contingat, arripiant. Quod genus ludi apud Homerum in Phœacibus usurpatum volunt. Porro quando pilam ad murum mittunt, saltuum multitudine numeratur. Et vicitus quidem Asinus vocatur, & paret imperanti; vicitur verò Rex dicitur, & imperat quid sibi officij à vicitis exhiberi velit.

*De Telia, seu Coturnicum pugna,  
seu Ortygopia.*

## C A P V T X V .

**D**Iximus suprà in ludo, qui dicitur ad Hammillam, seu certámen, coturnicem in medio circulo positam. Telia ludus fuit similis Artopolidis, seu fœminæ panes vendenti. In eo ludo plures circulos faciunt, in illisque coturnices statuunt, quas ad pugnam inter se stimulant. Coturnix, quæ viæta circulo ejscitur, in quo locata fuerat, cedit domino coturnicis viætricis. Vide Pollucem lib. 9. cap. 7.

*De Basilinda, & Dielcystinda.*

## C A P V T X V I .

**I**N ludo, cui Basilindæ nomen fuit, vñus aliquis forte Rex siebat, iubebatque quid agi velleret, ceteris parebant. In ludo Dielcystinda duæ sunt puerorum partes, alij aliò trahentes. Victoria penes eos, quin alios ad suas partes traxerint. Vide Pollucem lib. 9. cap. 7. In palæstris lusus hic frequens erat.

*De Muinda, & Chutrinda.*

## C A P V T X V I I .

**V**ulgaris apud nos ludus est, cæci appellatione. Vñus aliquis clausis oculis ambulat, cæteri

## Lib. Vnic. Cap. XVIII. 25

exteri suffugiant, & laceſſunt ambulantem; quemcumque manu apprehenderit, eum in locum suum substituit. Ita Græcis in M̄iinda vñus aliquis conniuens oculis, voces sociorum obſeruat, & quemcumque suffugientium arripuerit, hunc conniuere cogit, & conniuenterem casu occultatos inuenire. Si tamen nomen eius, quem apprehenderit, diuinariit. In Græco Pollucis error est, quem ita restitue, αὐτὸν καταπιεῖν ἀναβάζει, οὐ μέσα τη ψυφθέντης ἀνδρίου μέχει φωράον, οὐ μέσας ἀν της περιουσίας περιεῖν παντόδουλον, οὐδὲν δὲ πάχη. In Chytrinda vñus aliquis in medio ponitur, sedetque olla, seu chytra dictus. Alij circumcurrentes vellicant eum, & laceſſunt, ac feriunt. Ipse in orbem se vertens, si quem apprehenderit, eum in locum suum substituit. Estque interdum, vt quis capiti ollam impositam sinistra teneat manu, in circulo ambulans. Alij ipsum feriunt interrogantes, quis ollam. Respondet ille: Ego Midas. Quemcumque contigerit pede, hic pro eo cum olla circumit. Vide Pollucem, Hesychium, & Suidam.

*De Epistracismo.*

## C A P V T X V I I I .

**I**N Ostracismi ludo testulam mārinam in aqua superficiem mittunt, numerāntque quoties subſilierit, priusquam aqua mergeretur. Ex saltuum enim, quos testa dedit, multitudine iacenti victoria adſcribitur. Pollux lib. 9. cap. 7. ὅσπειον τῇ θεῖᾳ πολεῖς ἀφίασι, &c. Minutius

B b b

Felix

*Felix in Octauio:* Pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare iaculationibus ludere. Is latus est, testam teretem iactatione fluctuum laevigatum legere de littore. Eam testam plano situ digitis comprehensam inclinem, ipsum atque humilem, quantum potest irrotare, ut illud iaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur, vel summis fluctibus tonsis emicaret. Is sc̄ in pueris vietorem ferebat, cuius testa & procurrere longius, & frequentius exsiliret.

*De musca ænea.*

## C A P V T   X I X.

**I**N ludo muscae æneæ fascia pueri obligabant oculos, qui deinde clamabat: *Æneam venabor muscam.* Alij respondebant: *Venaberis, sed non capies.* Tum funiculus eum cædebant, donec aliquem apprehendisset. Vnde Pollux in *χαλκῇ μηχ., lib. 9. cap. 7.* & Hesychium in *voce μῆντος.* Si quis oculis clausis alios quærens aperuisset oculos, ne diu erraret, *πάλιν καταμέλι,* rufus claudere oculos, & conniuere cogit.

*De Ludo ēv κοῖλῃ.*

## C A P V T   X X.

**E**Vstathius ad *Iliad.* 10. *κοῖλη τὸ κοῖλον τὸ χειρός.* Cotyle est vola, seu cauum manus. Vnus aliquis manus post terga retorquebat, & digitos digitis impli-

*Lib. Vnic. Cap. XXI. &c. 27*

implicabat. Alius quispiam in cauum manuum eius genua indebat, & ita dorso insidebat, & caput, vel ceruices, aut oculos ferentis manu amplectebatur, vt firmius dorso eius hæreret, ne decidet. quum descenderat, idem qui prius ferebatur, alium dorso exceptum eodem modo circumferebat, vt ait Eustathius ad lib. 5. *Iliadis.* Vide Pollucem lib. 9. cap. 7.

*De Acinetinda.*

## C A P V T   X X I.

**I**Bidem Pollux meminit ludi Acinetindæ, quum certarent inter se quis diutius sine motu in vestigio permaneret.

*De Apodidra scinda.*

## C A P V T   X X I I.

**D**E hoc ludo Pollux, quidam in medio sedet clausis oculis, aut ab altero compressis, alij diffugiunt, ad quos ille inquirendos cum surrexit, hi certatim locum eius occupant.

*De Ascoliasmo.*

## C A P V T   X X I I I.

**A**Pud Pollucem Ascoliasmus fuit quum uno pede sublato, altero solo saltarent. qui plures

res saltus, ac longiores fecisset is vincebat. Interdum is qui vno pede saltabat, alios vtroque fugientes insequebatur, donec aliquem ex iis assecutus esset. Interdum insilicabant in utrem vinctum viro plenum per Dionysia, idque vno pede, vt cum cecidissent, risui essent, ait Eustath. *ad lib. 10. Odys.*

*De Ostracinda.*

## C A P V T   X X I V .

**P**ollux *lib. 9. cap. 7.* Ostracinda est cum pueri in medio lineam trahentes, & in duas partes diuisi, altera pars stans id quod erat extra testam fibi vindicabat, altera, quod intus, quum vius aliquis testam in lineam icisset, pars superior & victrix viatos fugientes insequebatur. Qui fugiens captus erat dicebatur Alinus, qui iacit testam dicit, nox aut dies. Nam pars interior pice obliniatur, pars exterior dicta alba. Vocatur & hic ludus ἡράκλειον, testa conuersio, de quo Plato in *Phædro*. Alinus sedere, & ludo abstinentem cogitur. Eustathius *ad lib. 5. Iliad.* Duos tantum pueros ponit, qui testam iacerent in lineam in medio ductam. Plato comicus ait alios pueros ex altera parte, alios ex altera stetisse, testa ex una parte alba, ex altera nigra erat. Si pars testæ alba cecidisset, fugiebant nigri, sequebantur albi.

*Ostracinda erat certamen inter puerorum. Hippas.*

## Lib. Vnic. Cap. XXV. sc. 29

*Hippas.*

## C A P V T   X X V .

**A** pud Hesychium Hippas lusus fuit, ὅταν οἱ παιδες, ὅτι τὸν ὕμνον αἰσθάνου κατέζοντο, quum alter alterius pueri dorso insidens, et equo rebitur.

*De Monobolo.*

## C A P V T   X X V I .

**V**ustinianus *Cod. de Aleatorib. l. 3.* plures ludos commemorat: Monobolon, Contomonobolum, Quintanum Contacem sine fibula, Perichyten, & Hippicen, quibus sine dolo & machinacionibus vti permittrimus. Photius *Nomocanonis cap. 29.* πόνον ἐπί τηγάνῳ μονόβολον. Hoc Photius sumpliit *ex l. 1. C. de Aleatorib.* vbi haec verba habentur. Duntaxat autem ludere liceat Monobolon. Balsamon ad Photium Monobolum esse ait σφόμων, seu cursum.

*De Manteligo.*

## C A P V T   X X V I I .

**M**anteligo, vt est apud Pollucem, est duplicitis lori implicata more labyrinthi circumvolutio, καὶ ἡς ἔστι κατὰ ταῦτα λαον, τὸ διπλόν τυχεῖν, per quam oportuit, baculo inserto complicitionem tangere, & soluere. Si enim non soluto loro, paxillus loro circumpli

*De Ludis veterum,*

cumplicatus esset, vincebatur is qui paxillum inferuerat. Debuit igitur qui paxillum inferebat ita eum inferere, ut inferendo duplex lorum solueret, ne paxillus circumPLICaretur. Quod Gualterus Pollucis interpres non explicat. Meursius ita ludum interpretatur. Duplex lorum inter se circumvoluebant, cui inserto paxillo, nisi is soluto loro obuolutus eo esset, is qui inferuisse vincebatur. Imò, nisi soluto loro paxillus evolutus, & explicatus esset illa complicatione, is qui inferuerat vincebatur. Verba Græca sic habent lib.9. cap.7. 6<sup>o</sup> διπλαίσις μέτρον ιμάντη λαβενθάδης πίς δέται περγέων, καθ' ἵνα καθέγηται παπέλαιον τὸ διπλόν ποχεῖν. εἰ δὲ μὴ τυθέντη θέτη, εμπειρίαν ποιεῖ μάντη ποιεῖ παπέλαιον, μῆτηρ δὲ καθέδις παπέλαιον, interpretor clavum, vel pessulum ligneum, qui indebatur ut solueret complicationem. Eustathius ad §. Iliad. rem non explicat. Imantelimus, inquit, erat duplicitis lori flexuosa quadam inuolutio, διπλή ιμάντη σκολία της εἴληντος.

*De equitando in arundine.*

## C A P V T   X X V I I .

**H**uius ludi meminit Horatius lib. 2. Satyr. 3.  
*Ludere par impar, equitare in arundine longa.*  
Quod hodiéque factitant puelli. Valerius Maximus lib. 8. cap. 8. Socrates non erubuit tunc, cùm interposita arundine cruribus suis cum paruulis filiolis ludens ab Alcibiade visus est. Plutarchus in *Apophthegm. Lacon. de Agesilao*, ὅτι μηρέσι τοῖς παιδίοις

## Lib. Vnic. Cap. XXIX. &amp;c. 31

παιδίοις καὶ λαγους δημοσίας ὥστε ἐπιπονοῦσιν οἴκοι συνέπουσι, quia colludebat cum filiolis, arundinem quasi equum inscendens. Äelianus dixit, καὶ λαγους σεισαύοντα ἐπιπονοῦσιν, lib. 12. var. cap. 15.

*De Casulis exstruendis.*

## C A P V T   X X I X .

**H**Oratius ibidem alios puerorum ludos attin-  
git:

*Ædificare casas, plostello adiungere mures.*

Tibullus lib. 2. eleg. 1.

*Turbáque vernarum saturi bona signa coloni  
Ludet, & ex virginis exstructu arte casas.*

*De Speculo Pythagoræ, seu Pythago.*

## C A P V T   X X X .

**S**Vidas in verbo διηθαλή γαπ. Pythagorus est lusus per speculum. Luna plena, & orbiculata si quis speculum sanguine inscribat, & exaret quæ voluerit, cùm alium monuerit, ut stet pone se, ostendit ad Lunam literas. Et ille, qui prope est, intendens oculos εἰς τὸ σφράγιον τοῦ κύκλου, in circulum Luna, leget omnia, quæ scripta sunt in speculo.

*De Rathapygismo.*

## C A P V T   X X X I .

**R**athapyginus fuit, cùm per ludi lasciuiam obliquo pede, vel plano, vel etiam manu nates

nates alicuius percuterent. Quod hodiéque seruatur inter milites, quorum nates, si deliquerint, galca feriuntur. Hesychius *in voce παξιλίτην*. Eustathius *ad Odyss. 9. Aristophan.* Scholia *in Equitibus.* Milites Romani præbebant suram vite feriendam Centurioni. Tacitus *1. Annal.*

*De Ludo Atheniæ in balneo Academiæ.*

## C A P V T   X X X I .

**E**xplícatur à Gregorio Nazianzeno *in vita S. Basili*: Qui recens Athenias studiorum causa venerat, ab iis, qui priores eum occupassent, hospitio excipiebatur, deinde ab aliis variè exagirabatur, tum per forum cum ingenti pompa ad balneum Academiæ trahebatur, binis omnibus, æquo spatio distantibus ante eum incedentibus. Cùm propriùs accessissent, fores cum horrendo clamore pulsabant, vt adolescentem terrent, & fiduciam eius experirentur, foribus apertis introductum in numerum suum cooptabant. Ante hoc tentamentum non licuit, vt Photius scribit *in Excerptis*, nisi pallium Sophistarum fententia ei adjudicaretur. Dabatur ætate Basili in balneo, postquam lauisset, ab antistibus scholarum. Sed sumprus splendidos faciebat in eos, à quibus pallium accepisset. Olympiodorus vocat eos *τὰς θεοφόρων μεγάλους, adolescentes scholasticos.* Vide Theodorum Prodromon *in Teirasticis*, & Eunapium *in Proarcio.*

*De Cindalismo.*

## C A P V T   X X X I I .

**P**ollux *lib. 9. cap. 7.* Cindalum vocant paxillum, quem vnum aliquis defigebat in terra humida, & madida, mox defixi paxilli caput alio paxillo feriebat, expellebatque. Is Hesychio dicitur κυνδαλοπίτης, seu παναριστής. Apud Eustathium *ad Iliad. 2. pro κυνδαλοπίτας, lego κυνδαλοπίκτας. Meursius κυνδαλοπίτας.*

*De Scaria, seu Scintharismo.*

## C A P V T   X X X I V .

**P**ollux *ibidem*: Scintarismus est, cùm medio manus digito pollici submisso nasum alicuius ferimus. σκινθαρίζειν est talitro ludere. Hesychio dicitur σκαρία, σκαρίζειν. Eustathius *ad Iliad. 1.*

*De Streptinda.*

## C A P V T   X X X V .

**P**ollux *ibidem*: In hoc lusu testulam, aut nūmisma iacens, alio desuper injecto conuerterebant.

*De Schœnophilinda.*

C A P V T   X X X V I .

**P**Ollux *ibidem*: Considunt in orbem, unus ex eo numero funem clām à tergo alicuius deponit, qui, id si non animaduertit, vapulat circumcurrentes considentes; si animaduertit, eum, qui depositus, circumagitans verberat.

*De Colabismo.*

C A P V T   X X X V I I .

**P**Ollux *ibidem*: Unus aliquis manibus planis sibi ipse oculos comprimit, alius eum percutit, & roget, utrum eum percussit. Hoc lusu Iudæi Christo Domino, qua nocte captus est, illusserunt apud Caipham, cum ei oculos fascia obuelassent, & alapis genas eius cæderent. Ludus vulgo dicitur *Cappifole*.

*De Cottabo.*

C A P V T   X X X V I I I .

**C**ottabi varia genera in conuiuis fuere. Hoc tantum pono ex Suida. Virga longa in terram defixa est, ac super eam altera, quæ vtrinque agitur ut in statera. Ex hac lances duas appensæ, sub quibus crateres duo aqua pleni, sub aqua stua ænea erat Manes dicta. Qui volunt carthaginum ludere,

Lib. Vnic. Cap. XXXIX. 35

Iudere, phialam vino plenam habent, & longius absentes inter se certant. Quod vini ex epota illa superest, id in lancem mittunt, ut repleta grauis fiat, inclinetque, & caput allidat statuæ sub aqua latentis, atque ita sonum edat. Qui ita iacit, ut ne gutta quidem in terram cadat, maiorēisque è iactu sonum edat, vincit. Vide Athenæum lib. 11. & 15. Tzetzem chiliade 6. cap. 65. & Pollucem lib. 6. cap. 19.

*De Contomonobolo.*

C A P V T   X X X I X .

**C**ontomonobolum, leg. 1. Cod. de aleatoribus, & leg. 3. est ἄνθηνα, ut vult Balsamon. Existimem eos conto innixos fossas, aut riuos transfluisse, quod hodieque fit. Ibidem Hippice est lulus equestris. Eadem lege 3. permittitur Quintanus. Contax sine fibula, χαρπὶς & πόμης. Balsamon ad tit. 13. Nomocanonis, ait fuisse iaculationem ἔνδον περγάνης, ἵτοι οὐδέποτε, sine fibula, ferro, vel cuspide; dictam à Quinto quodam milite. Habemus hodie in Gallia eiusmodi ludos, qui sunt vel decurssione nauigiorum in fluuiis cum lancea, & confo, ita ut scopus aliquis perciatur, ubi percutientes sape in fluuium deuoluuntur. Dicitur *Courir la Quintaine*. Aut ut in Italia equites decurrentes, hasta inermi, & pura stipitem armatum ferint, quem Itali vocant *il Faqino*. Meminit huius ludi Robertus Monachus historia Hierosolymitan. lib. 5. Terræ infixis sudibus scuta apponuntur, quibus

in crastinum quintanæ ludus scilicet equestris exercebatur. Igitur ad sudes humi fixas scuta suspendebantur, vt discerent equites aduersis hastis cum hoste concurrere, & clypeos hostium ferire, vel traijcere. Sumptum id à militibus, qui Romæ in campo Martio ad palum exercebantur, de quibus luenialis :

— quis nescit palaria campi?

Quid sit Contopæctes, Synodo VI. in Trullo, can. 51. ignoratur. Eadem l. 3. mentio fit φειχυτης, quam Balsamon tit. 13. cap. 29. *Nomocan.* interpretatur πάλη. Perichyte est lucta, vel quia ipsi luctantes circum scipios funduntur; vel quia se in terram fundunt; & sternunt; vel quia se manibus, & brachiis circumfundunt; vel quia oleo inuncti in arena se versant, ne membra lubrica sint. Statius:

*Postquam oleo ganisa cutis procedit, vterque  
Procursu in medium, atque hansta versatur arena.*

### *De Aphentinda.*

#### C A P V T X L.

**A** pud Pollucem, Aphentinda lusus fuit, in quo qui mittebat testam in circulum, ita iactum moderari oportuit, vt testa intra circulum conserteret. Hodiéque iuvenes eo ludo nummos argenteos in circulum, vel unum aliquem laterem paumenti mittunt. Si nummus in circulo, vel latere non steterit, perit iacenti. Idem fiebat talo, vel nuce in eo ludo, qui dicitur ὄμιλλα, vel

### *Lib. Vnic. Cap. XLI. &c. 37*

vel εἰς ἄμιλλαν. Suidas, ὄμιλλα ποδία τις ἐν ᾧ ὁ εἰς τὸν κόκλον βαλλὼν κέρπον ὥστε ἐμψεῖναι, νικᾶ. Idem scribit Hesychius. Meursius apud Pollucem legit ὄμιλλαν. Non ausim damnare ὄμιλλαν, quia ex ea voce ὄμιλλα conflata videtur.

### *De Chelichelone.*

#### C A P V T X L I.

**A** pud Pollucem, Chelichelone est lusio virginum similis chyträ, seu ollæ; una aliqua sedens in medio vocatur Chelone, seu testudo, aliae circumcurrentes rogant: Chelichelone, quid facis in medio? Respondeat: Lanam texo, & tramam Milesiam. Aliæ iterum rogant: Neps autem tuus quo fato periit? Respondeat: Ex equo in mare album saliit. Eadem penè habet Eustathius ad Odyss. φ. ait tamen τὸ χέλεψιν esse ἀρεστικὸν παραχέλεψον τὴν χελώνην, imperatiuum, quod testudini acclamabatur.

### *De Phryginda.*

#### C A P V T X L I I.

**A** pud Pollucem lib. 9. cap. 7. Testulas laues (Gualtherus interpretatur contritas, ὄσπατα μὲν λειών) sinistra manus digitis interponentes, testulas dextra manu secundum numerum ferint.

## Basilinda.

## C A P V T X L I I I .

**H**odie apud nos pueri regem sorte eligunt cui parent. Ita Cyrus Rex electus in nobiles pueros virgis animaduertit apud Iustinum. Vide Pollucem lib.9.c.7. Suidam, & Hesychium. S. Chrysost. de viuit. lect. scr. vocat *μιλχεν ἀσχας, ludere magistratus*. Dio Chrysost. orat. 4. de regno, *μιλχεν βασικα*. Romæ regem in conuiuiis sorte elegisse vulgatum est. Item pueros inter ludendum sibi regem posuisse docet Horatius. Hodie apud nos sexta Ianuarij fit rex fabæ, qui verè conuiuij rex est, sed rex fabæ dicitur, quia faba in placenta inclusa sorte in eum incidit. Horatij verba sic habent,

*At pueri ludentes rex eris aiunt,  
Si recte faxis.*

*Roscia dic sodes melior lex, an puerorum  
Nenia, qua regnum recte facientibus offert.*

Plato in Theateto, οὐ μὲν ἀμαρτῶν, καὶ δὲ αὖτε ἀμαρτῶν πετεῖται, ὥστε φασίν οἱ πῦδες σφαιρέοντες, οὐ Θεοὶ δέ οὐτε τελείων ἀναμάρτητοι θεοὶ βασιλεῖσιν εἴρησι, καὶ οὐτοῖς ὅπερ αὖτε βέλη. Qui peccavit, & qui semper peccaverit sedebit asinus, ut aiunt pueri pila ludentes; qui vero non peccando superior fuerit rex erit noster, & quicquid volet imperabit. Pollux lib.9. cap.7. Basilinda est quum forte rex captus iubet quod fieri oportet, qui forte minister est & famulus imperata peragit, & vndeque in eo, & ubique laborat.

Elcistinda.

Lib. Vnic. Cap. XLIV. &amp;c. 39

## Elcistinda.

## C A P V T X L I V .

**E**ustathius ad lib. Iliad. §. δόκος αἰδηπούρης ἵστος, Trabs figebatur viri magnitudine in medio perforata per quam funis traiciebatur, quo suspensi vtrinque duo iuuenes, alter alterum trahere satagebant, dorsumque inter se obuertebant. Qui vim faciebat, & alterum ad trabis verticem attollebat, victor erat. Pollux lib.9.cap.7. id vocant Scaperdam trahere. Interdum aliqui terga injicem præbentes trahunt uno alligati vinculo. Id fiebat Dionysiorum festo, ait Hesychius. In eo, quia erat labor multis trahentibus, factum est ut omnia difficultia dicerentur Scaperda, aiunt Eustathius, & Hesychius.

## De plausu ad Solem.

## C A P V T X L V .

**A** pud Pollucem lib.9.cap.7. Si Sol nube tegetur, pueri manibus complosis exclamabant: ξεχ' ὁ φίλε ἡλίε, Exere caput, amice Sol. Vide Suidam, & Eustathium ad Iliad. λ.

## De Cubefinda.

## C A P V T X L V I .

**A** pud Hesychium, Cubefinda fuit lusus, quo alius alium in dorso ferebat. Apud Pollu-

Cc 4 cem

cem lib. 9. cap. 7. dicitur & Hippas, quia alij aliorum dorso inequitabant. Hic ludus apud nos frequens.

*De Ephedrismo.*

## C A P V T X L V I I .

**A** pud Pollucem lib. 9. c. 7. Lapidem erigentes, ad illum eminūs pilis iaculantur, aut lapidibus. Qui lapidem non prosternit, prosternentem baiulat, compressis ab eo oculis, donec recta ad lapidem perueniat, quem διογύ, seu diremptorem vocant. Qui dorso fertur, dicitur ἐφεδεινός. Vide Hesychium in ἐφεδρίζειν. Putat eumdem lusum esse cum εὐ κοπλάνη, de qua alibi dicimus.

*De Pentalithis.*

## C A P V T X L V I I I .

**P**ollux ibidem: Quinque calculi, vel lapilli, vel tali sursum iaciuntur, vt manu conuersa ea, quæ proiecta sunt, in posteriorem manus partem recipiantur. Si non omnia potest ita recipere, ea saltem, quæ nouit, & in manu iacent, digitis denuo recipiat. Dicuntur πυταλιδίζειν. Apud nos ita pueræ globulos vitreos in altum iaciunt, & manu recipiunt, ne vnquam globi mensam, aut terram attingant. Est lusus mulierum.

*De**De Eolocrasia.*

## C A P V T X L I X .

**S**Vidas ait moris fuisse, vt iuuenes ynà cœnantes per uigilio certarent. Et qui somno consopiri essent, in hos mixtura[m] pridianæ cœnæ effundenter. ἡωλοκρασία τὸ χθνὶς βρῶμα, pridiana ~~cœna~~. Hesychius, χθνὶν μέδη, besterna ebrietas. Vide Eu-  
stathium ad Odyss. 8. & Tzetzen Chiliade 6. cap. 85.

*De Platagonio.*

## C A P V T L .

**P**Ollux lib. 9. cap. 7. Platagonium amatores, aut amicæ ludebant. Sic autem & crepitaculum vocatur, & fistrum, quo sopiunt nutrices cum voluptate pueros ægrè dormientes. Sed & papaueris, & telephylli folia primis duobus sinistræ manus digitis in circulum flexis imponentes, & vola alterius manu percutientes, si folium hoc ictu ruptum clarè sonaret, eos, quos amabant, sui minimisse putabant. Vide Scholia sten Theocriti ad Idyll. 3. Addit Pollux, Lilium duplex existens, & vacuum interius inflantes, ita vt spiritu repletur, ad frontem allidentes disrumpabant, & ex foro, an redamarentur, iudicabant. Quin & malorum semen, quod malis intus summis inest, primis dextræ digitis humidum adhuc existens, & lubricum comprimentes, si in altum exsiliret, hoc

Ccc 5 iudica

iudicabant amicarum benevolentiam , veluti & stillarum sonitu, si reliquæ potus cottabisantium sonarent.

*De Equestribus ligneis.*

## C A P V T L I.

**P**hotius in *Nomocanone cap. 13.* ait eos ludos lege prohibitos, quia in iis esset aliquid aleæ. Vbi Balsamon ἵππῳ ξύλινᾳ, equestria lignea, fuisse ait fabricam ligneam per scalas lignreas altè struetam, & obliquè, διὰ κλιμάκων λοξοιδῶς ἀνυψοῦσσων, per scalas obliquè exaltatas, variè in medio perforatam. In scalarum fastigio quatuor globulos discolores deponebant, quos mittebant deorsum per declivie. Primus globulus, qui ex ultimo foramine exiret, victorem faciebat eum, qui globum misserat, aut qui globum illum sortitus erat. Verba Græca, quia difficultia sunt, adscribam : ἵππῳ ξύλινᾳ, ἐπὶ τῷ ξύλινῷ πατησοῦσσῳ διὰ κλιμάκων λοξοιδῶς ἀνυψοῦσσων ἐχθρὸν διὰ μέσον ὅπας μαφόρις. εἰ δὲ σωθικῆς ντες διὰ τῷ ποιέτῳ παγκίῳ, βάλετε τεσσαράς ἑτερεσφεῖς ἄνωθεν τῷ κλιμάκων πθέρνοις πέρης τῷ καταντεῖ ἀπολύτου, καὶ ὁ περιθώριος ἀπὸ τῷ βόλον ἐπερχόμενος διὰ τοῦ ὅπαν εἰ τῷ πελεπτικῷ ὅπῃ τῷ νικῶσσῳ δέδοιτε ἔχοντας αὐτὸν. Sint igitur quatuor collusores, inter quos conuenierit, ut hoc ludant ludo, sint quatuor globi, viridis unus, tubeus alter, albus tertius, niger quartus; sibi quisque suum assumat, aut sortiatur, tum quisque sumat globulum, in fastigio fabricæ huius collocet, & inde mittat deorsum per declives scalas in medio variis foraminibus

## Lib. Vnic. Cap. L II. &amp;c. 43

minibus perforatas. Is vñctor erit, cuius globulus per ultimum foramen scalæ in medio foratae variis foraminibus, primus exierit. Verbum οὐαδηζεν ostendit id inter eos conuenisse. Verbum ἀπολύτην indicat eos ē fastigio fabricæ per primum globulos misisse. Verba ἔχειν ἀπὸν, sibi quemque ex collusoribus vnum ē globulis assignasse, aut sortitum esse. Est apud nos hodie lusus dictus Foramen Domnae, isti aliqua ex parte similis. Est enim fabrica quædam duodecim foraminibus forata, in quaē mittunt suos globulos collusores. Interpres Balsamonis sententiam non est assequutus.

*De Melolonte.*

## C A P V T L I I.

**F**requens hic ludus est in Italia. Pollux lib. 9. cap. 7. Melolonthe volucris est. Pueri lino alligantes in aërem emittunt, & quum volunt, filum retrahunt. Auis volans sinuosè filum implicat. Ea avis dicitur galleruca. Linum, quo alligabant, erat trium cubitorum, vt docet Eustathius. Vide Scholiasten Aristophanis in *nubibus*.

*De Tropa.*

## C A P V T L I I I.

**P**ollux *ibidem*: Mittunt talos in foueam, aut glandes, quæ de industria ad eam rem parata est. Apud Hesychium *in Tropa* vertunt talos in aliam partem.

De

*De Trygodipheſi.*

## C A P V T   L I V .

**P**Ollux *ibidem*: Si quid in catinum fæce plenum immersum sit , vnuſ aliquis reductis post tergum manibus , os in fæcem immergit , & ore extrahit quod in fæce latebat ; itaque ore fæce oblioſum mouet.

*De Pyrricha.*

## C A P V T   L V .

**S**Eruius *ad Aeneid.* 5. Lufus , quem vulgo Pyrricham appellant, Troia vocatur. Pueri galeati belli simulacra carent. Est & armata saltatio, de qua nos in Theatro.

*De Chytrinda.*

## C A P V T   L VI .

**P**Ollux *lib. 9. cap. 7.* In hoc ludo aliquis in medio confidet, Chytra dictus, id est, olla, quem alij vellunt, aut circumtrahunt, aut etiam verberant circumcurrentes. Qui autem ab ipso conuerso comprehensus fuerit, eius loco residet. Fit interdum, ut quis capiti ollam impositam sinistra teneat manu in circulo ambulans. Alij ipsum ferint, interrogantes: Quis ollam? Et is respondeat: Ego Midas. At quemcumque contigerit pede,

pede, hic pro eo cum olla circumlit. Vide Hesychium, & Suidam.

*De Ephetinda.*

## C A P V T   L VII .

**E**phetinda est minoris pilæ ludus à rapiendo harpasto dictus. Athenæus *lib. 1.* ubi lego, ἀπὸ τῆς μηρίας σφαιρών, οὐκ τὸ ὑπόδειγμα ἐνομάζεται. Harpastum Romæ dictum. Pollux *ibidem* Phennidem vocat, quam ait vocari ab inuentore ludi, aut à φενακίσιῳ, à decipiendo; quia quum alteri pilam ostenderint, ad alterum mittunt, & decipiunt. Meursius legit φανύδα, quod ita vocetur ab Eustathio *ad Odyss.* 2. Si tamen dicitur à φενακίσιῳ, ut *ibidem* vult Eustathius, melius vocatur φεννίδα. Subiungit: Phæninda missione habuit ἐφέσιον, & fugam. Athenæus *lib. 1.* Pheninda ἀπὸ τῆς ἀφίσεως τῆς σφαιρῶν, quod pila ludentes eam mitterent. Inuentor eius fuit Phænestius paedotribus. Phæninda igitur quasi φενακίδα. Casaubonus legit Ephetinda ab ἐφέσιος. In Etymologicō vocatur φεννίς, & inuentor φενέσιος. Phenindam vult dici quasi φενακίδα, deceptricem. Athenæus *lib. 1.* Harpastum dici vult φανύδα. Idem Etymologicum, ἐφενύδα, lufus deceptor, & φενακίδα. Cratinus Ephetindam primus vocavit à missione, ἀπὸ τῆς ἐφέσιος.

## De Alea.

## C A P V T L V I I I .

**A**lea propriè dicitur de talis, tesseris, calculis, & omnibus fortuitis, quæ vctita ff. de aleatorib., Cod. de Religiosis, & sumptibus funerum, l. vlt. *Audent, interdicimus. Cod. de sacrosanct. Eccles.* apud Cyprianum lib. de aleatorib. Tali dicuntur à Græcis Astragali, quia fiunt è talis animantium. Talo sunt quatuor anguli inflexi, latera sex inæqualia. Talus ipse ex vna parte sinuatus est, altera pronus, seu planus, & concavus. Ei nulla facies plana perfectè, in latera minus lata si cadat, stat; sed minus stabilis est, quām si in latiores duas superficies caderet, suppūisque, aut planus fieret. Gellius lib. 1. cap. 20. Talus quatuor tantùm partes habet, quibus insistat, cùm ab vtroque longitudinis extremo rotundetur. Talus igitur non ferè cadit nisi duobus modis, vel in eam faciem è duabus, quas habet latiores, quæ caua est, vel in oppositam, quæ eminet, & protuberat. Aristoteles lib. 2. cap. 1. de animal. Omnia, inquit, talum habentia in posterioribus cruribus, eum habent erectum in suffragine, εν τῇ καμπῇ, τὸ δὲ ὄφαντος ἔξω, τὸ δὲ ὑπίλιον εἴσω, ἢ τὰ δὲ οὐδα εὐτὸς ἵστραιοντα περὶ ἀληθα, τὸ δὲ χαρακτέριον ἔξω, ἢ τὸς ἱεράτεως αὐτῷ. Quod est pronum, foris est; quod est supinum, intus, id est, suppum. Ita ut coa, & felicia intus ex aduerso sibi opposita sint, chia, & infancta foris sint, cornua sint supra. Isidorus lib. 18. & Papias in Vocabulario, pessimè existimant trionem esse suppum, quaternionem esse pronum, seu planum.

planum. Talis ipse casus fuit pro punctis numerorum, quia ipsis sua figura fuit. Tesseræ autem sex lateribus constabant, & punctis notabantur, vt nostrates tali. Gellius lib. 1. cap. 20. Talus cubus non est, tessera est. Cubus enim figura est ex omni latere quadrata. Tessera sex lateribus constat. Tesserarum, seu κύβων πλάνοις εἰς ἑξαγωνός κατ' ἀντίδειον συνειπλου, numeros habuere sic dispositos, vt qui in oppositis duobus lateribus essent iuncti, semper efficerent septem: opponebatur enim vnius senioni, trio quatrioni, binio quinioni, ἀντέκεντο ρῦ μονὰς ἢ ἐξας, τετρὰς ἢ τετράς, δύος ἢ πεντάς. In talis binio, & quinio non erant, ait Eustathius. In talis igitur quatuor erant latera, & situs, causisque, nominibus canis, vulturij, & plani iactuum infelicium, Veneris, Basilici, suppi felicium. Artemidorus de tesseris lib. 3. cap. 1. oī κύβοις ἀεριζόντος, ἢ φέροις, λέγοντο, tesserae numeros habent, & calculi vocantur. Tesseræ, quoquis modo cadat, situs firmus est, quia plana est, & non caua. Talorum iactus sunt, Cous, suppus, Venus, Basilicus, felices, Chius, planus, canis, vulturius, infelices. Si pluribus talis luderent, canis, seu monas fuit, quando uno vultu tali omnes caderent, vt infra ostendemus. In talis binio, ternio, seu trio, quaternio non fuere. Soli senio, id est, Venus, & vnio, id est, canis, fuere. Venus, si diuerso omnes vultu; canis, si uno omnes tali vultu caderent. Suppus tamen ἕπτιος fuit felicior plano, seu ὄφαντες prono. Si unico talo luderent, senio felix fuit, vnius damnosus. Si pluribus, canis fuit, si omnes eodem vultu caderent, Apud Ammianum Marcellinum lib. 28. Aleatores tesserarij dicti. Tali sub Heroibus fuere minus

minus infames tesseris. De talis, & tesseris quæ ratio veterum fuerit, recentiores non satis explicant, quia Græcum morem cum Romano confundunt. Rem duobus verbis expediam, ut nemo in posterum dubitet. Eamdem ludi rationem, quæ apud nos hodiéque viget, tenuere, quæ triplex fuit. Aut enim in tabula lusere, in qua duodecim lineæ, triginta calculi, vt calculos ad iactum tesserarum ponerent. Apud nos hodie duodecim lineæ, vigintiquatuor calculi, vocamus maiorem Tric tacum. Originem rei ad Palamedem refert Isaacius Porphyrogenneta in *Paralipomenis Homeri*, παλαμένδις τεσσέρις τὸ ταξίδιον, ἦτοι καθάπερ εξεργικός, εἰπὼν ἐπὶ τὰ κοκκίνια τὸν κίνητον οὐδὲ ἐργαζόμενον, οὐδὲ κατασκευὴν πάχτων, ὡς φασὶν, ἐπαγόντων χερᾶς τοῖς αἰδερόποισι, ἢ λύπας, ἢ ὄρισμα τὸ ταξίδιον, ἦτοι ἐπὶ πάγκας παγκίσιον ἢ γῆγενον καθόμον, τὸς δὲ διδόνειν γίγαντες, ἦτοι χαρακάσκατα, ἢ ζωδιακὸν στειθεύν. Palamedes primus ludere latrunculis, & tesseris in abaco, seu tabula inuenit, septem granulis motum erronum cali, qui fato, ut aiunt, nobis gaudia, & dolores inuehunt, & tabulam, in qua ludicum exercetur, terrarum orbem esse definiuit, & duodecim capsos, seu sedes, ac lineas, & sepiam, in quibus calculi disponuntur. Zodiacum esse dixit. Romani posteà calculos cum tesseris coniunxerunt. Qui ludus dicitur Tric tac. Ausonius de tabula, seu abacio :

*Vidimus & quondam tabula certamine longo*

*Onnes qui fuerant enumerasse bolas.*

Quisque collusor quindecim calculos mouebat ad iactum tesserae. Quintilianus *Institut. lib. I I.c.2.* An verò Scæuola in lusu duodecim scriptorum (nam idem est cum tabula) cùm prior calculum

*promo-*

promouisset, essetque victus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset recordatus, ad eum rediit qui cum lusserat, isque ita factum esse confessus est. Potuit fuisse ludus hic calculatorum qui dicitur Scakia. Cùm autem Græci, & Romani talos ac tesseras habuerint, iactus, seu boli apud Græcos triginta quinque fuisse, plura iactuum nomina, quia pluribus talis vsi, quattuor, vt plærumque, sed tesseris tribus tandem, aut duabus. Nomina iactuum Græcanicorum alibi ascribemus. Romani iactus pauciores habuere, infelices canem in tesseris, qui vno, vulturiusque dicitur, ἀνθρώπος, μύρας, punctum, οὖν, vnde Latinis vnuus, in talis Chius, & planis infelices, Venetus, qui idem est basilicus, senio, couis item, & suppus felices. Apud Græcos, & Romanos præter tabulæ ludum de qua suprà egimus, fuere diro præcipui talorum, & tesserarum ludi, qui hodièque apud nos publico malo vigent. Prima Plistrobolinda, de qua Pollux *lib. 9. cap. 7.* in qua qui plura iacit vincit. Numerantur enim puncta in singulis iactibus, quum luditur ad punctum. Apud Græcos qui tres seniones iecit, *reis* εἷς, ter sex, semper vicerit, qui tres cubos, tria puncta, tres canes, τρεῖς μυράδες, tres uniones, tres asses, ut Gallo loquuntur, semper vincebatur. Olim hodie apud nos vincit, nisi aduersarius iaciat. tres biniones, tres triones, tres quatrones, quiniones, aut sexaines. Apud Romanos, & Græcos à tare Luciani qui Venerem iecerat, cum nullus talus eodem vultu, consisteret, vincebat. Vulgo ludus ille in quo maior numerus vincit, indigetatur rafle, quasi pœnas æquator, facile omnia auferens numerus. Alter lu-

D d d

dus

50. *De Ludis veterum,*

dus à nostratis dicitur, *chanse*, sibi quisque numerum quem citius redditum putat, eligit & vocat, Graci *πεντάρισμον* appellant, alium numerum subire cogitur. Ouidius,

*Et modo tres iactet numeros, modo cogitet apte,*

*Quam subeat partem callida, quamque vocet.*

Tibi tres ludos præcipios posui, Tabulam, Plistroholindam, & Ludum præoresimum, in quo sibi quisque tres numeros optat, quos citius reddituros putat. Non tantum in ludo calculorum Abacus, & tabula fuit, verum & in tesseris. Plinius lib. 37.c.2. Alueum lusorium cum tesseris. Tertullianus tabulam talarem, Cœlius Aurelianus tabulam alearem, & alueum nuncupat, Eustathio, σπία, πηλία, οαρίς πεντάρι. Äschines in Timarchum, Διπερδέν εἰ τῷ κυβερῷ, ἐν σπίᾳ πέντε, ἡ τὰς ἀλεκτύνοντας συβάλλονται, ἡ κυβερνεῖ τὰς ἀλεκτύνοντας σπίλιαν vocat tabellam aleatoriam, κυβερνήσαν forum aleatorium. πέντε in tabula dicuntur loca, & sedes talorum. Scholiast. Euripid. in Medea, πότες τὸς πότες οἱ κυβερνῆσσοι ἀπὸ οἵ τοις πότες ἀνόμαλοι τὸς πότες. οἱ δὲ φυσιὶ εἰδομένοι τοῖς πότεσσι. Pessos seu calculos vocat ubi talis induit, quia loca appellabant à rebus qua in locis erant, ut obsonia pro macello ponuntur, unguenia pro loco ubi unguenia veneunt. Calculi propriè latrunculi, & globuli rotundi sunt, tesseræ sex lateribus constant, tali quatuor. Sed quia petti, cubi, & psephi, seu calculi, sape pro ludo tabulae ponuntur, in qua tesseris & calculis luditur; ideo psephos pro tesseris ponunt. In epigrammatis Græcis lib. 4. sit. 32. epigr. 4. in tabula lapidea luditur, seu mensa. Iactus dicuntur *βολίδες*, βολοκτυπῖν.

ἴζωμον

Lib. Vnic. Cap. LVIII. 51

ἴζωμον ἢ τῇ ὅ τωρ ἐνλαΐδῃ πεπέζη,  
πάγια κυνότες τέρπητα βολοκτυπῖν.

Item,

τίνι ὄλγηι μεμφόλην βολίδει.

Sedens hic apud mensam pulcris lapidibus struētām ludicrā iucunda iactus talorum mouebis. Lucianus meminit vnionis infelicitis iactus, & senionis felicis in Sacerdote, & Chrono. τοῖς ἄλλοις  
εἰς τὴν μονάδα κυλιόμενοι τῷ κύβῳ, οὐ τὸν ἔχαστα παρά  
αἱ φάνεται. πολλοὶ γοῦν εἰς κόρεγον ἀπὸ τῷ τολετῷ ἐμοιτι-  
σαντο, οἷς ἔλεως ἡ φόρος ὁ κύβος δημιοῦται, οὐ δὲ ταλαν-  
τούμοις ἔξεπικαντες ουκετεῖνθεντος αὐτοῖς τῷ σκάφεσσι μελ-  
ίστω μηρῷ ἔριπται τῷ κύβῳ. Tessera alijs in vnionem ca-  
dente, tibi senionem supra semper extare. Multi igitur  
ex hoc ludo ad satieratem vicitant, quibus tessera am-  
icus est pro vectigali, alijs nudi erant rate fracta ad  
saxum tessera tam paruum. Cicero lib. 1. de divinitat.  
Quatuor tali iacti casu Venereum efficiunt. Scenes  
talis lusere. Sueton. lib. 2. cap. 1. Inter cenam lusi-  
mus γεννονταις, ait Augustus. Puncta Latini vocant  
vniones. Ausonius,

*Narraniem fido per singula puncta recursu.*

Maximus iactus tres seniones, ut diximus. Epi-  
charimus apud Stobæum iii. de Nuptijs, τὸ δὲ γαμετὸν  
οὐδούν δεῖ τῷ τοῖς εἴη, οὐ τοῖς οὐδὲ ἀπὸ τῶν τοῖς βατέον,  
Nubere simile est ac se quis iacias tres seniones, aut tria  
puncta forte fortuna, non arte. Suidas τοῖς εἴη νυκτί-  
ει. βόλοι, tres seniones iactus victoria. Eustathius  
κύβων κυβερνήσικος βόλος οἱ κύβοι οὐδὲ οὐδὲ οὐδὲ,  
vnio. Suidas εἴη δὲ οὐδὲ τοῖς λατοῖ μονάδαις. Oene-  
Ionibus est vnio. οὐδὲ dicitur non οὐδὲ. ideo Meur-  
fius bene legit οὐδὲ. Non video cur Pollux lib. 9.  
cap. 7. dixerit τὸ δὲ μονάδα μηλοῦ καλεῖται κύβον, τὸ δὲ

αιτικέων χρόνων καὶ χάρας, quia Chius est canis Hesychio, Eustathio Suidæ, cui opponitur Cous. οὐτοίς καθόπ., senio. Iones dixerunt ἡ τρεῖς ἔξι, ἡ τρεῖς δύοις, aut tres seniones, aut tres uniones. Pollux lib. 7. cap. 3. χρόνος ὁ πρώτος καὶ δύοις, ἡ δύοις τριῶν ιωνίων μονάς. Gallice vocamus, as. ieci tres vniōnes, c'ay trois as. Vitruvius adiecto asse, id est, vnitate. *as, unus, Siculis alii, Tarentinis as.* κύβος, μονάς, cubus, unio. Eustathius οὐδὲν ἐνέγκειν κύβον, ἕτοι καὶ ἐνέγκειν μονάδα ἐπειδή μερισμὸν δεῖσθαι, ad singulos uniones ludebant definita pecunia summa; qui plura puncta iecerat totam summam auferebat. Tali dicuntur & Meliæ. Eustathius μονάς, ἀσφράγαλοι, ἄργεια, ἡ ἀσφράγαλοι. Tali, taxilli. Pacuvius, Interim dum contemplor arcam taxillos perdidit. ουωεικός, ἡ καθόπ. Hesychio senarius, γλάματα ἀσφράγαλοι Hesychio. Tali apud Reges fuere aurei. Iustinus lib. 38. Demetrius cum à Parthis bis è fuga esset retractus, donatus est à Rege Parthorum talis aureis ad exprobationem puerilis levitatis. Hesychius δόρχελοι ἀσφράγαλοι, κύβοις ἀσφράγαλοι. Alea, βόλων παιδία, κυνῆραι, ἡ κατὰ ἀσφράγαλοι. Λίγησι οἱ περιστερικέμνοι τῷ ἀσφράγαλῳ, ligdi contriti tali. Bolus, κύβος ἐξαπλεῖς, cubus tessera 6. lateribus. κύβεις κυβητικοῦ locus ubi alea luditur. Sidonius lib. 2. epist. 2. Aleatorium vocat ubi alea luditur. Hesychius, οἱ βέβαιοι οἱ ἀσφράγαλοι. Apud Suetonium Augustus ait, forum aleatorium calcemimus. Theophrastus in Characteribus, δορκάστεροι ἀσφράγαλοι. Tali ex cornu, vel osse, vel talo hinnulei. Callimachus. Σφράγεις ἄργεια πέντε νεοφύτος, hinnuli talos quinque recens expressos. Athenaeus lib. 5. ἀσφράγαλοι φοινικοῦ λαλανοι, tali è daftylo palma. Propertio lib. 2. tali

tali eburnei. Tali διάστισι agitati, τῷ τὸ κυνεῖδος ἡ διαστίσις πεττεγεν, εἴτα βάλλεται, ἵνα ἀκριέρυντοι μᾶλλον ὦσι. Tali commoti prius in frithilo, ne frans à mala, & tagaci manu sit, ait Suidas. Ἀeschines contra Timarchum, περὶ τοῦ σωματεῖον τὸ ὄντα δέ, ἡ δερπίστη εἰς τὸν ὄδον, ἀσφράγαλος τε τιμὴς διαστίσις ἡ φιμὸς. Primum confregerunt vasea quedam aleatoria, & in viam eiicerunt talos quosdam agitabiles, & firmos. Pollux lib. 10. κύβοτος σκεῦον ἀβαξ, ἀβάνιον, κόσκινον, κύβοις, διάστισι, ἀσφράγαλοι, φιμοι, κυμοι. Aleatoris vasea tabula, abacus, cribrum, in quem indebantur tali, prīmū quām mitterentur in turriculam, tesserae, tali commotiles, fumi, cami, frithili, coli. Straboni Siphnij tali ἀτελεῖς, & viles à Siphno insula. ἀσφείζει Eustathio. ἀσφράγαλοι παιζεῖν, ἄργεια, ἀσφράγαλοι οἵ παιζεῖσι. Mercurius, & Pan præsidere aleæ dicuntur, κύβεις περιστατικοῦ λέγοντος κύβοις τῷ κυκλόθεν βάσιον ἔχειν, ait Eustathius, cubi quod in ambitum basim habeant, πεπλοί, quia cadunt, πίπτουσι. κύβοις πάσαις περιστάνοντος λόγος, cubus, omnis calculus quatuor laterum; aut τῷ κύπεω, ή ἀπὸ τοῦ κοιλότητος, quia in præceps volvuntur, & in caput. κύβη caput. κύβοις οἱ πεταρρίπολιμνοι ἐξαπλεῖσι βόλοι, η σῖον κατακυνεῖσθαις εἰς τὸν βάλλεται, tesserae boli sex laterum, qui iacintur proni, quia subfulant. Proverbium, κύος ἀσφαστὸς χρεῖον εἰς λόγειν. Cous astans non finit loqui Chium. Vide Eustathium Iliad. 4. Pollux lib. 9. κύβος τὸ βέλλινον, ἡ τὸ ἐν αὐτῷ κοιλότητος σπινον, cubus est talos, qui iacintur, & quod in eo cani signum est, id est, inanitas, canis, punctum. τύπος, vel τόπος, character, sedes calculorum, τηγματικοῖς aleatores à punctis, quæ in tessellis notata, & effossa sunt. πόνος τὸ διπλοῦ ἡ σειθρὸν οὐ πληθύντων, typus numerus ostendens iactum. τηγματικὸν ludere D d d 3

Iudere tesseris. συνάρτια τὰ κυβετέα, locus ubi alea luderent, quia Athenis in Scyro templo Mineruæ alea ludebant, aiunt Hesychius, Pollux, Eustathius, Suidas. Hesychio ἥλος, κύος. His subiicieimus varia iactuum nomina apud Græcos. Eustathius, ἄρτος πτῶσις της, Artus casus quidam talorum. ἄγρος ἡ πτῶσις τῆς ἀστραγάλου, Agras, casus tali. πτησούσειν τῷ εἰν ἀστραγάλοις, Plisstobolciz ludere talis. Stesichorius iactus, qui octonarium numerum significat, ὁ τὸν ἐκτάσει σημαίνων βόλος, quia tumulus Stesichori constabat octo angulis. Graus, seu anus iactus quidam tali, item Darius. πάλαι τεσσιν ἔχεωντο μετὰ τὰ παιδία κύοις, οὐ δὲ κύον. Olim tribus vibrabantur in lusu talis, non ut nunc duobus. Bulaca, Abola, Abramias, nomina iactus talaris. βόλανθ. ἔχειν μαλαχίτην, ἐν τῇ βόλῳ παιδίᾳ ἦτος ἐλέγετο. Dicebatur in iactuum lusu, Linea carentia mituntur. Cynorchias iactus nomen, ut & Midas, & Manes Hesychio. Θυλαί μέσα ἐν κύοις ὅδος, Media illa via Trochæa, quia per eam currunt tesseræ, de qua vetus Poëta de duodecim scriptis, seu tabula loquens :

Discolor ancipiit sub iactu calculus astat,

Decertantque simul candidus, atque niger.

Qui quamvis parili scriptorum tramite currant,

Is capiat palmam, quem bona fata innuit.

Hesychius, ξυπά εἰδότ παιδίας καθ' ὃν σφέφοιν ἀστραγάλος εἰς τὴν ἑταῖρην μέρος. Tropa, seu versura, ludi genus, talos vertunt in aliam partem. De ea suprà ex Polluce paulò aliter legimus, lib. 9. cap. 7. ἀστραγάλοις βαλλόμενοι ἐν ξυπά, σεράζονται βόδρα πὺρεις εἰς ψωδόχια τοιωτης πτέψεως. Scrobem aliquam obseruant, quæ talem iactum recipiat. Vide Eustathium ad

I. Ilias

I. Iliados 4. Hesychio Schadon iactus talaris, & Beronice, & Argies ἀργεῖς. Alexander item, Agyrtes, Kinkasus. Suidæ Ἄγλη, βόλος κυβετέα φαῦλος ἀγγλη, malus iactus. Polluci lib. 7. Boni iactus βόλος πρᾶψις, ἵπποντης, καλλίσολος, φύση, ὄρει, σωματις. Midas τὴν μέσαν βόλων λι. Infelices iactus Manes, Midas, Patrelus, Patræna, Magnes, Abola, Aplia, Athetus, ψωπάζων, Chryphasus, Caccasus, Trichias, εὐδώλων. i. καντελιγυμος ναυμαχίας, genus calculorum. Talorum πλάστεις, & casus erant trigintaquinque. In tesseris plures conspectus diuersi reperiri poterant. Euripides, numerus quadragenarius. Iactum talorum ad quadragenarium coaceruabant, εἰς μὲν σωματιζοντος ἀστραγάλων βολῶν, Polluci. Quia quatuor, aut plures tali fuere in Græcia, tres autem, aut duæ tantum tesseræ. Pollux lib. 9. cap. 7. lib. 7. cap. 33. Vide sis. In veteribus Glossis aleator dicitur κυβίσις. Apud Iulium Firmicum lib. 8. Astrolog. cap. 25. Aleones, aleatores. Senio Cnidiis dicitur ἕξαρχος. Lucianus in Saturniis, Saturnum aleæ præsidem facit. Saturinus enim Sacerdoti respondet, quæ suæ potestatis essent, non esse parua, aut omnino contemnenda. Nisi putet rem esse parui momenti alea ludentem vincere, & facere, vt cum alijs iaciant tantum canes, ipse semper iaciat seniores. εἰ μὲν οὖτις γε μικρὸν δοκεῖ τὰ πινάγη κυβετέα τῷ τοῖς ἄλλοις εἰς τὰς μονάδας κυλομένη τῷ κύει, οὐδὲ τὰς ἑξάδας ψερκάνας ἀτὶ φαίνεται. Hoc imperium aleæ datum videtur Saturno, quia Romæ per Saturnalia ingenui, serui, viri, pueri alea ludebant. Venerem iactum felicem fuisse diximus in talis, quum quatuor tali diuerso omnes vultu constitissent, in tesseris iactus felix tres se-

D d 4

niones,

niones, seu senarij. In conuiuiis, iactus Veneris partes ciborum præcipuas iacenti adiudicabat. Plutarchus in *Catone maiore*: In conuiuiis Cato sortiebatur de partibus. εἰ δὲ ἀπολέγει, περὶ τοῦ αὐτοῦ  
τῆς φίλων καλδόνων, cùm amici vellent eum pri-  
mum partes sumere, si canem iecisset, aliis Ve-  
nerem iacentibus, respondebat se non posse, aut  
debere inuita Venere. Vetus Horatij Scholiaestes  
ad hæc verba lib. 2. Od. 7. *Quem Venus arbitrum*  
*dicit bibendi, ἐρχπονιαν* significat, id est, tesserarum  
iactu datum in bibendo primatum. Veneris  
autem iactus lætissimus dicebatur, qui habet nu-  
merum ter senarium. Melius dixisset, tesserarum  
iactu datum vini magisterium, & Modimperato-  
rem creatum. Canis fuit infelix iactus in talorum,  
& tesserarum ludo. Isidorus lib. 18. origin. cap. 61.  
Vitant canem, quia damnosus est, vnum enim  
significat. Apud Plautum in *Curculione*: Iacit vul-  
tarios quatuor, id est, quatuor vniōnes, seu canes;  
qui iactus in talis infelix, vt in tesseris tres canes.  
Apud Pollucem lib. 7. cap. 3. vnio dicitur ὄν, non  
ὄνθ, pro quo legendum ὄνθ, vt bene Meursius  
monet. Ab ὄν, apud Hesychium, οὐνίθειν, μονάζειν.  
Vnio dicitur, & inanis, κενὸς. Hesychius, ὁ κενὸς  
ἡ ἀπκείνειν τῷ εἴδει. Inanis, seu vnio senioni oppo-  
nitur. Apud Pollucem lib. 7. cap. 33. ἡ μάλιστα γε  
ἵτε μονάς, ἡ ἐν ἀντοῖς ὄνθ καλεῖται εἴχε, ἡ κύρη, &  
maxime vnio, qui & in ipsis vocatur asinus, & cubus.  
Vnde vulgo dictum: Aut tres seniones, aut tres asini,  
ἢ τρεῖς εἴδει,ἢ τρεῖς κύραι. Iactus felices in talis ponit  
Pollux lib. 7. cap. 33. in quibus dicitur ἀνυπάν  
feliciter iacere. Sunt autem hi, βάλθος προνος,  
πακούτις iaculator, καλλίσολος pulcher iactus. Phy-  
son,

son, oros, seu finitio, synoris, seu synoricus, quasi  
dicas bigam, aut bigatum, couis. Hæc nomina  
vsurpata apud Græcos. Coum ἵξιν senionem  
esse Eustathio diximus de Venere. Suetonius in  
Augusto, cap. 71. In singulis talis singulos denarios  
conferebat, quos tollebat vniuersos, qui Venerem  
iecerat. Venus dicitur, & Basilicus, iaciebatur qua-  
tuor talis, quos omnes diuerso aspectu cadere  
oportuit. Lucianus in Amoribus, τῇ δὲ τετραγένειᾳ τέσσερες  
ἀγρανάλιτες λιβυκῆς δόρκος ἀπαλθυῖος δεπένει διὰ τὴν  
ἐλπίδα. εἴποτε τὸν θεόν αὐτὸν ἀερίστητο μηδενὸς ἀπε-  
ργάλιτος ποσὶν Θεοῦ τοιούτου μεγεσταῖς, In mensa quatuor  
talis ē Libyca caprea iactis tentabat ludo spem suam;  
εἰ si Venus cecidisset, nullo talo eodem vultu stante ado-  
rabat. Cicero lib. 2. de Divinat. Venereum casu iaci  
posse quatuor talis iactis, quadringentis centum  
Venereos non posse casu consistere. Vulturius  
Plauto in Curculione, est vnio, seu Chius, canis. Pol-  
lux lib. 9. cap. 7. μονάς, ὄνος, κύρα, vnio, asinus dicitur,  
& cubus, tres monades, tres cubi, aut ter sex, ἢ τρεῖς  
εἴδει, ἢ τρεῖς κύραι, vetus verbum fuit. Meursius exi-  
stimat apud Suetonium cap. 71. lib. 2. mendum esse  
in his verbis, Nam si quas manus remisi cuique,  
legit, si quos Manes. Non putem Romæ inter  
iactus fuisse Manem, qui iactus erat Græcanicus.  
Manus iactum significat. Ouidius:

Sic ne perdidere, non cessat perdere lusor.

Et renocat cupiditas alea sape manus.

Qui Pleistobolinda luderent, dicti Pleistoboli.  
Epigramm. Græc. lib. 3. cap. 6.

— ἢ πά. ἢ πάκτας

ἥδι πε, & λίτω ὡς γαῖδε πλεστόλος.

An quod eras lusor aliquis, non valde multa iaciens,

D d d 5 ὁ bone.

ō bone. τρίματα sunt puncta. Vnde apud Hesychium τριγινατικτά, κυεδονί, τριγιναπέν, forare. Apud Græcos trigintaquinque iactus fuere, quibus nomina facta à Diis, Deabus, Heroibus, viris claris, & aliis, Eustathio teste ad lib. 23. Iliad.

## De Romana Alea.

## C A P V T L I X.

**M**Vlti fuimus in Græca alea, de Romana quærendum, quam M. Tullius damnat 2. *Philippica*: Hominem, inquit, hominum nequissimum, qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege, quæ est de alea, condemnatum. Papias in *Vocabulario*, aleam esse vult tabulam lusoriam ab Alea inuentore dictam. Idem sentit Isidorus. Existimem aleam dictam ab ἀλέων, fugio, quia tesserae è manibus, aut turricula fugiant; vel ab ἀλέα, repore, calore, æstu, quia lusores æstuant vincendi studio, & quia forum aleatorium excalefacerent. κύρος forte à κύπτω, propendo, pronus sum, quia κύρος κεκυρώται, proni saliunt, cum iactantur. Diximus duas ludendi rationes fuisse, vt vel is vinceret, cui maior numerus cecidisset, vel is numerus, quem quisque vocasset. Primus modus Polluci lib. 9. πλειστοβολίνδα dicitur, εἰ μόνον οὐ διὰ τὴν κύρων, ἀλλὰ καὶ διὰ ἄστραλων, δηπτὸν πλεῖστον βαλεῖν αετίων. Plisibolinda non tantum in tesseras, sed etiam in talis, in qua vincit, qui maiorem numerum iecit. ἀρχεῖς πνεύματα διπονησσαντες καὶ ἐνέγκλια μονάδας σημηνίους δραχμῶν οὐ σαῦπε, οὐ κατανοει. Argentis summam aliquam indicebant in singulis

singulis iactibus infelicibus, vt in unione diuiso drachmam, aut staterem, aut alium quemlibet numismatum. Iactus illos manus vocant. Suetonius lib. 2. Si quas manus remisi cuique, exegissim, aut retinuisse, quod cuique donauit, vicissem vel quinquaginta millia. ὁ Σωφρόνιος τῷ πλάνηται τῷ μονάδων ἔμελλεν ἀναρπίσει τὸ διπονησσαντον ἀρχεῖον, ait Pollux. Atheneus lib. 10. ὁ ἐλάσσον Κάλλας τοῖς ἄστραλοις. Qui minorem numerum iecisset, talis vincebatur, victor pecuniam depositam auferebat. Manus propriè erat iactus, singuli iactus singulæ manus. τὸ διπονησσαντον ἀρχεῖον erat pecunia ex pluribus manibus collecta, quod æs manuarium vocat Gellius lib. 18. cap. 13. Dicitur αὐθιστος. l. 1. Cod. de aleatoribus, οἱ σφρόντα πλέσσοις γονίσματος ἐντὸς ἐνέγκλια αὐθιστον παιζον. Diuites ad singulos iactus infelices vnum aureum deponunt. Qui Venerem, aut tres seniones iaciunt, omne æs manuarium auferrunt. Constituebant ipsi inter se de iactibus, & de manu, an ad singulos iactus, aut plures Victoria staret. Erat enim id arbitrium, vt hodiéque apud nos. Sed vt à capite rem arcessamus, alium esse talum à tessera docent M. Tullius de Senectute, & Clemens Alexandrinus lib. 3. *Padagog*. cap. 11. Confundit Isidorus lib. 18. *Origin*, qui suprum; & planum tesserae tribuit, & Seneca in *Ludo Claudi*, Tum Æacus iubet illum alea ludere pertuso frithillo, & iam coepérat fugientes semper tesseras querere, & nihil proficere.

Nam quoties missurus erat resonante frithillo,  
Vitraque subducto fugiebat tessera fundo:  
Cumq[ue] recollectos auderet mittere talos,  
Lusuro similis semper, similisq[ue] pesenit;

Decepere

*Decepere fidem refugi, digitosque per ipsos  
Fallax assiduo dilabitur alea furto.*

M. Tullius lib. 2. de Finibus, Talus lusorius si non in quatuor latera cadit, sed in extrema, & tamquam capita, rectus est. Philostratus iunior in ἀθύρσι, Amorem, & Ganymedem ludentes talis inducit: Ganymedes δύον ἀστραγάλουν ἔπειρον τῷ πέμπτῳ αὐτὸν ἀπολωλεῖται, τῷ πέμπτῳ δὲ οὐδεὶς περιπέμπτον ἐλπίζει, cùm ex duobus astragalis alterum perdidisset, alterum autem eadem spe mitteret. Astragaloi, ἄρχεις, ἄρχειρι, Polluci, talus ἄρχειον, taxillus, non est cubus. Pollux ait quosdam talos à Stesichoro Stesichorios dictos octonarios, qui octo numeros valerent; alios Euripideos, qui quadraginta. Talorum iactus sunt, Cous, Chius, Planus, Suppus, Venus, Canis, Basilicus, Vulturius. Aristophanes in Rannis: πέντεκεν εἴη τοῦ κακοῦ εἰς τὸ ΧΘΟΝΙΟΝ, ἀλλὰ κατὰ ΚΕΡΑΤΟΝ. Cecidit extra infortunium Cous, non Chius, qui infelix iactus. Chius enim, vnio, canis, planus, voltorius, damnosus. Cous, Basilicus, qui Venus, & suppus dicuntur, felix. Lucilius:

*Si das id, quod rogat, & si suggeris suppum.  
Hesychio Cous εἴτης, ΧΘΟΝΙΟΝ, seu canis. In talis binio, trio, seu ternio, quaternio non fuere. Soli senio, & vnio. Si vnicia tessera, vel singulare talo ludebant, senio felix erat, vnio damnosus. Si pluribus, vnio, vel canis fuit, quando uno vultu tali omnes, vel iisdem numeris tesserae caderent.*

Martialis:

*Senio nec nostrum cum cane quassat ebura.  
Venus uno talo iaci non potuit, sed quatuor talis,  
qui sic cecidissent, ut omnibus diuersa facies esset,  
vt Cicero lib. 1. de Divinat. Venus fuit ἀστραγαλούς  
propriè,*

propriè, non κυνέιος, cùm quatuor tali iacti diuerso omnes vultu cecidissent. Martialis:

*Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem,  
Munera me dices magna dedisse tibi.*

Lucianus in Amoribus, τὴν ἑταῖρην τέτταπες ἀσπαργάλες λεβύνης δορὺς ἀπαιθυμός. Μετένθετο τούτῳ ἀπόπειραι, ἢ βαλὼν πῦ ὅπῃ σκοτεῖ, μάλιστα δὲ εἰ ποτε τούτῳ δεῖν αὐτῶν δὲ τολμεῖται μηδένος ἀσπαργάλες περιόντος τοῦ πόμπην περοτεκτί. Super mensa quatuor talos Libya capre componens ludendo experiebatur, quid sibi spes esset, & iacens feliciter, maximè si Venerem iecisset, nullo tali eadem facie cadente adorabat. Sicut autem in singulari tali canis senioni, sic in pluribus talis Veneri canes opponuntur. Ouidius:

*Quid valeant tali, quo possis plurima iactū  
Figere, damnosos effugiasque canes.*

Propertius lib. 4.

*Et mihi per talos Venerem querente secundos,  
Damnoſi ſemper ſubſiluere canes.*

Suetonius lib. 2. Talis iactis, ut quisque senionem, aut canem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat vniuersos, qui Venerem iecerat. Alius igitur iactus Senio, alius Venus. Senio in tali singulari semper felix, in multis talis semper infelix, nisi si quando omnes facies diffimiles essent, ut Venus fieret. Priusquam tali pingerentur, Venus erat, cùm talus vnuſ suppus iacēret, alter pronus, reliqui duo diuerso quisque lateri incumberet. Apud Græcos tres seniones felicissimi, cùm tesserae omnes eodem vultu cecidissent, apud Romanos contraria infelicissimi. Si nulla tessera, nullus talus eodem vultu cecidisset, Romæ Venus fuit, & Basilicus, iactus

iactus felicissimus. Horatius :

*Quem Venus arbitrum dicet bibendi.*

Plautus in *Circumloione*, iacit volturios quatuor, id est, canes, talos arripi, inuoco almam meam nutricem Herculem. Iacto Basilicum. Nutricem suam vocat Herculem, quia cum Decimas Herculi poluerent, fuit visceratio, & epulum publicum, vbi parasiti ventrem faburrabant. Priusquam autem talos, aut tesseras iacerent, inuocabant Deos, aut amicos, & amicas, vt ille apud Plautum Planesium amicam inuocat, & iacit volturios quatuor, alter parasitus Herculem nutricem suam. Talos autem aureos, vel eburneos, vel ex ossibus animalium in fritillum mittebant, eoque concusso super mensam, aut tabulam effundebant. In tali humano est tuber, quod τέτραεγ, seu quattro dicitur. Tesserae autem, ait Isidorus, dictæ, quia quadratae sunt ex omnibus partibus. Tribus tesseras tantum luditur, ob tempus præsens, præteritum, & futurum. Ipsæ viæ ternarii locis distinctæ, ternariis lineis tabula describitur. Malè, quia vtrinque senis lineis descriptra erat, vt essent duodecim lineæ, duodecim scripta in ludo tabulae. Talis quatuor ludebatur. Cicero lib. de *Diuinat*: Martialis :

*Non sim talorum numero par tessera, dum sit*

*Maior, quam talis alea sepe mihi.*

Talis simul, & tesseras interdum ludebatur. Martialis lib. 13.

*Non mea magnanimo depugnat tessera talo,*

*Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.*

Interdum separatis. Ouidius lib. 2. *Artis*.

*Et modo tres iactet numeros, modo cogitet apie*

*Quam subeat partem callida, quamque vocet.*

Numeros

Numeros vocat tesseras, quibus usi, nec pluribus, quam tribus. Subibant, aut vocabant partem, cum numerum elegissent; qui si cecidisset, vincebant. Galli *Chansam* vocant. Ibidem :

*Seu ludet, numerisque manu iactabit eburnos,*

*Seu iaciet talos, victam ne pena sequarur,*

*Damnosisti facito sint tibi sepe canes.*

In talis canes erant, in tesseras uniones, seu puncta.

Lib. 1. *Tristium* :

*Quid valeant tali, quo possis plurima iactu*

*Figere, damnosos effugiasque canes.*

*Tessera quos habeat numeros, distante vocato;*

*Mittere quo deceat, quo dare missa modo.*

Petronius: Puer cum tabula therebinthina, &

crystallinis tesseras. Tesserae dicti numeri. Cyprianus *Ludo de aleatoribus* : Ut paternas suas hæreditates sub hostium suorum multiformi numero dispergant. Diximus apud Graecos τέτρας πάντελην νίκην, significasse tres scenarios victoriam omnimodam, tria puncta eorum fuisse, qui omnino vici essent, vt Eustathius *Iliad.* π. & Aristæneus lib. 2. epist. 18. & Lucianus in *Chrono*, οὐδὲ μονάδα, μοσ ἐξάδα ὑπέρανθα ἀτι φαινεται. *Tibi unionem, mihi senionem semper suprà emergere.*

In tesseras autem aliquis putet Deorum imagines sculptas fuisse. Cyprianus lib. de aleatorib: Diabolus Palamedem (aut Midam) artibus suis repleuerat. Hanc ergo artem ostendit, quam & collendam sculpturis cum sua imagine fabricauit.

Item: Cum se in statuaculis, & simulacris formaret, aliud crimen adinuenit, quo se ab imitatoribus suis colendum, & sibi sacrificandum instituit, ita vt qui vellet studio eius adhærere, non

antè

antè manum in tabulam mitteret, nisi auctori huius priùs sacrificasset. Statunculæ illæ fortè sunt paruae statuae in tesseris exsculptæ, id est, imaginæ gunculæ. Tamen vulgo tesserae punctis distinguabantur, vniione, binione, trione, quatrine, quiunione, & senione. Nemo disertè statunculas illas ponit. Martialis ne te fallat, cùm ait :

*Hac mihi biffeno numeratur tessera puncto,*

*Calculus hic gemino discolor hoste perit.*

Agit de tabula, in qua latrunculis lusum, qui collocabantur in duodecim lineis, & punctis, cùm alij calculi albi essent, alij discolores. Etymologicum tesseras vocat ὄστα ἀγριού, ossa puncta. Tessera dicitur lepusculus, iaculum, βόλιον, βόλης, κύριον, quadrantale, numeri, quæ æqualia sex latera habuit, angulos rectos bis quatuor. Papias: Lepusculli, quod saliendo discurrent. Isidorus lib. 18. scribit in talis vniōne canem, trionem suppum, quadrionem planum fuisse. Ostendi supra, falsum id esse. Vetus verbum fuit, ἀξιόν τὸ δέ μόνον, ne vniōne quidem dignus est. Si prior iactus infelix fuerat, secundò emendare nitebantur. Lucianus in Amori-bus, εἰ οὐ φαινετος καὶ τὸ τραπέζης πίνακεν, οἱ δὲ δὴ τὸ διορθώτεσσι ἀναστάτει, ἐπέρωτοι δὲ τὰς ἀσοχέας ἀπάντειν. Si prima vice infelix iactus fuerat, altero iactu prioris vitium emendare conabatur. Certè in tabula, infelicem iactum proba dispositio calicorum sapce corrigebat. Plato lib. 10. Politic. ὅταν τὸ πάντας κύριον τὰ πεπλωθέντα πέθανε τὰς αριστεράς, ut in iactu talorum, disponenda est res tua ad id quod ieceris. Terentius in Adelphis, Ita vita est hominum quasi cùm ludas tesseris, si illud quod est maximè opus iactu non cadit, illud quod cedit

cedit fortè, id arte vt corrigas. Tesseræ autem, & tali ne mala manu & fallaci tractarentur, per frictillum, orcam, pyrgum, turriculam, simum, camum mittebantur. Martial. lib. 14. de Pyrgo,

*Querit compositos manus improba mittere talos.*

*Si per me misit, nil nisi vota facit.*

De orca Persius Satyr. 3.

— *Quid dexter senio ferret*

*Scire erat in voto, damnoſa canicula quantum*

*Raderet, angusta collo non fallier orce.*

Vnde apparet & in orcha, seu fritillo fraudem intercedere potuisse, quān vt vitarent, priùs tesseras in Psophobolon, seu in colum, & simum seu ἄθυον, deinde ex fimo mittebant in orcham, quæ dicitur ab ἐπρωτονομον, vnde ἐπρωτονομον, & orcus, quemadmodum turricula erat vas turbinatum capaciore fundo, angusto ore, in cuius vtero gradius eburnei erant, ad quos allisi tali, casum incertum faciebant. Fritillus videtur à feriendo talo dictus. Isidorus, Iactus tesserarum ita à peritis aleatoribus componitur, vt adferat quod voluerint. Scholiastes vetus Iuuenal. ad Satyr. 14. Apud antiquos in cornu mittebant tesseras, mouentésque fundebant. Verba Iuuenalis,

*Si damnoſa senem innuat alea, ludit & heres.*

*Bullatus, parvoque eadem monet arma frustillo.*

Horat. Satyr. 7. lib. 2. de scurra Volauerio podagrico,

— *postquam illi insta chiragra*

*Contudit articulos, qui pro se tolleret, atque*

*Mitteret in pyrgum talos mercede diurna*

*Conductam pauit.*

E.e.e

Auso

# 66 De Ludis veterum,

Ausonius in Professor. cap. 2.

Vidimus & quondam tabula certamine longo  
Omnis qui fuerant enumerasse bolos,  
Alternis vicibus quos precipitante rotatu  
Fundunt excussi per causa buxa gradus,  
Narrantem fido per singula puncta rotatu  
Que data per longas, que reuocata moras.

Martialis lib. 4. epigramm. 14.

Dum blanda vagus alea December  
Incertis sonat hinc & hinc fritillis,  
Et ludit rota nequiore talo.

Epigramm. 66. ibidem.

Supposita est blando nunquam tibi tessera ludo,  
Alea sed parca sola fuere nuces.

Ad tabulam & calculos pertinent ista Sidonij lib. 1. epist. 2. Quibus horis tabula cordi est, Theodoricus tesseras colligit rapidè, inspicit sollicitè, voluit argutè, mittit instanter. Tabula dicitur Alueolus. Varro, Quales sunt tesserae quibus in alueolo luditur. Festus, tabula lusoria. Muger dicitus à castrensis hominibus qui tabula male ludit. Aristophanes in Ranis, βίληνε δύο, ή τέσσαρα. Iecit Achilles duo puncta, & quatuor. Dicit autem esse ibi consistendum, quia hic iactus siebat sub finem ludi. Vbi Scholiares, ἄδος λιτός τοῖς κωδίσιον ἔπω λέγειν, β. A. γ. ε. duo & quatuor, tres, & quinque numeri. Apud Aristotelem sect. 16.c.3. Fuere tali obplumbati μεμονεδμένοι, quorum partē leuorem si ad te vertens proiicias circumferentur. Scholiares Aristophan. Achilles βίληνε δύο κώνω, καὶ τέσσαρα, τέττα δύο κένεις, η τέτταρτον. κώνεις vocat vniōes, τέτταρτον, quattrionem. Plutarchus de Pyrrho quem

Antigo

# Lib. Vnic. Cap LIX. 67

Antigonus comparabat aleatori multa iacenti, & bellè vti iactu nescienti, ἀπέκρισε κωδίστη πολλὰ βαλόντε, η καλὰ χρῆσται μὴ διωμένω. Suidas, ή τεῖς έξ, ή τρεῖς κύβοι, η κεροί εἰσ, aut ter sex, aut tria puncta, quia cubi sunt vacui, & inane. Aeschylus in Agamemnone,

τὰ δευτέρην γέ εὖ πεσσὸν, πανθόσημα  
τεῖς έξ βαλόνται τέ τύποι φυγικείας.

Vitruvius lib. 5. vti sunt tesserae quas in alueo ludentes iaciunt. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 5. Abacum tabulam aleatoriam vocat. Martial.

Iam tristis nucibus puer relictis,  
Clamoso reuocatur a magistro,  
Et blando male perditus frustile.

Hesychius, κυδέα, κυδάρεια, τὰ δεῦραφα εἰ oīs τεῖς κύβοις ἐπαλλού, cetharia erant acerabula, in quæ tesseras mittebant. υπός Polluci, φιλός Etymolog. mag. ιθύς Agathiae seu colus, è quo in fritillum talos mittebant. Interdum pro ipso fritillo accipiuntur. Sidonius sub finem carminis 2.3.

Hic promiens teretes pilas, trochobisque,  
Hic talos crepitantibus fritillis,  
Nos ad verbera tractnum struentes,  
Tanguam Naupliades repertor artis,  
Gaudebas bilarem ciere rixam.

Hesychius, πυλαρίς έξ ε βάλλειν τε πεσσόν, φιλός. Plato in Phaedro, Theut Ἀεγύπτiorum Deum aleam inuenisse ait. Herodotus in Clio, Lydos. Admonui suprà lusores amicas suas cum tesseras iacturi es- sent inuocasse. Plautus Captiivi: Nam in conui- uio sibi, amatot talos cum facit scortum inuocat. In Asinaria: Te Philænium mihi, atque vxori

Eee 2

mor

mortem, hoc venereum est. Hesychio, βόλος κύρως  
κάμδεος, bolus tessera sex laterum.

## De Ludo Calculorum.

## C A P V T   L X .

**C**Alculorum ludus antiquissimus fuit, cuius meminerit Sophocles apud Pollucem, ἡ πεντάπτερχαμψια, ἡ κύρων βολαι, & calculos quinque lineares, & tesserae iactus. Vbi tesseras cum calculis iungit; quia, ut non tantum fortunae, sed etiam arti locus esset, Graci calculos cum tesserae, κυρείαι cum πεντέπτεραι coniungebant. Latini meritis latrunculis ludebant, siue calculis, ut omnia iudicij, & artis essent. Latrunculos Itali Scacchos, & Scacchiam vocant, Galli Eschers, Graci canes, Latini milites, latrones, latrunculos, calculos. Eustathius ad Homerum pag. 228. 1426. πέντε λύφοι πούντη πέντε χειρομηλοι πυζορθοι, quinque calculi erant in quinque lineis, & quisque collutor habebat quinque calculos. Quid autem sit discriminis inter calculos, & tesseras, ostendit Hesychius, εν τῷ κυρείᾳ τὰς κύρεις αὐταρπίτοι, εν δὲ τῷ πεντέπτεραι, αὐτὸ μόνον τὰς λύφες μεταχινοι. Tesseras in alcobelio iacent, calculos è linea in lineam mouent. Eustathius ad Iliad. n. quinque calculos, & quinque lineas vtrinque fuisse ait, & medium sacram dictam, ultra quam calculi promoueti non poterant. Idem pag. 633. & pag. 1396. κυρείν τῶν ἀφ' οἴπας, & ἀπὸ χειρομηλῶν κυρείν λίθους. Nam & calculos lapides vocabant. Theocritus,

π. 80

## Lib. Vnic. Cap. L X . 69

ἢ ἀπὸ χειρομηλῶν κυρείν λίθου, mouet lapidem à linea redigitur ad incitas. Plutarchus, ἐν χειρομηλοις, φέρει κυρείαν τῶν ἀφ' οἴπας, mouentes lapidem à sacra linea. Excalculari, excuneari, excuriari dicti, qui vincerentur. Idem μονόχωροι vocati, qui ad vnum locum reflacti essent, qui ad incitas redacti, qui omnibus suis calculis, uno excepto, spoliati. Qua voce vtitur Aristænetus lib. 1. epist. 23. Glossæ, μονόχωροι, adunatus in tabula, id est, ad vnum redactus. Pollux lib. 9. ἔγειρος ἔχει πεντέ πέντε χειρομηλοι, πεντὶ λύφες διὰ πολλῶν λύφων πλυνθόν, χώρος ἐν χειρομηλοις ἔχον πλακεμένος. Ludus plurium calculorum dicitur latrunculus, locos habens in lineis fitos. Suidas, ἀναδέιξ, ἀπὸ τῆς πεντέπτερας, ἡ τὰς κεκυμένας ἵππη λύφης πλοπονιώτων. Reponere, anastethai, sumitur ea vox ab iis, qui luduni calculis, & corrigit calculos iam motos. Antiphon, ἀναδέιξ ὁμοίη πεντέπτερα, corrigere vitam quasi calculum non licet. Artis erat calculos aduersarij abscondere, & abducere ab aliis, & singulos duobus includere. Polybius lib. 2. πολλὰς αποτελούμενος, ἡ συγκλέων, ὥστε ἀγαθὸς πεντέπτερος, multos abscondens, & includens, ut bonus calculorum lusor. Ita Martialis:

Mandris, & vitreō latrone clusus.

Erat imago quædam rei militaris. Sidonius lib. 1. epist. 2. Putes illum & in calculis armā tractare. Donatus ad Eunuchum: Rex Pyrrhus peritissimus stratagematum, primus, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit. Saresberiensis tamen lib. 1. Polycrat. cap. 5. Attalum Asiaticum calculos inuenisse ait. Cassiodorus lib. 8. epist. 31. Palamediacos calculos vocat.

E e e 3

Existi

Existimem eburneas illas quadrigas , quibus quotidie Nero in abaco ludebat , ad calculorum ludum pertinuisse. *Cap. 22.* Suetonius : Et calculos fuisse quadrigarum forma. Apud Suidam tabulæ ludus est , vbi duodecim calculi. Tabulam terræ imaginem esse ait, duodenarium numerum calculorum zodiacum exhibere , τὰ ἐπὶ Φιρέλῳ ἐπὶ τὰ κοκκία τὰ ἐπὶ τῷ ἄστρῳ πλανητῶν , οἱ δὲ πύργοι τὸν ὑψος τὸν ἔργον. Ad ludum calculorum referendus ludus, sive ad duodecim scripta. In tabula, in qua latrunculis ludebant, ait Varro *lib. 9. de lingua Latina*: erant ordines bini, alij transuersi, alteri directi. Erant sedes calculorum χόραι, πόται, χαριμαι, πόλεις, χαριμαι χόραι, Mandræ, septa, capti, carceres, valli, clausa incenia, stabula, χαριμαιata. Calcem pro calculo Plautus in *Pænolo* posuit: Priusquam vnum calcem ciuerit. De tabula, & Palamede Cedrinus idem omnino habet, quod Suidas *pag. 103.* πεστροφεῖν, πετῆν, latrunculis ludere, ad latrunculos ludere. Vopiscus in *Proculo*. Paulus Diaconus *lib. 1. cap. 20. de gestis Langoti*, ad tabulam ludere, πελίζεν. Ζαρεῖν vocarunt recentiores Græci. Seneca *epist. 106.* Latrunculis ludimus. *Epist. 118.* Tabulam latrunculariam perspicit, vt sciat, quomodo calculus alligatus exeat. Calculi enim aut ligabantur, aut capiebantur, vnu poterat duos aduersæ partis ligare, sed vnu discolor capi non poterat, nisi à duobus contrariis. Euripides in *Anlide* Palamedem, & Protefilaum calculis ludentes introducit, πεφτεσίλαον τὸ δέ δικοῖς πεωῶν ιδομένους μορφᾶς πολυπόλοις, παλαιότεροι. Protefilaum, & Palamedem in sedibus calculorum

colorum oblectantes se figuris multiplicibus. Eustathius *pag. 1190.* & 1397. οἱ δὲ Φίφοι χόραι ἐν τῇ διάσπαρτάλων παιδιά λέγονται πόλεις. Calculorum sedes in talorum lusu dicuntur verbes. Katic Myrecont in *Annal. Persidis*, scribit calculorū ludum vocari *Chei Mat*, id est, Rex mortuus est. Eustathius Astragalos, seu talos posuit pro calculis. Ita & κύβοις, seu tesseras pro calculis ponit, his verbis: κύβες αἱ αὐτέμεταλλεις ἀλλήλαις φίφοι ἐν τῇ διὰ κύβον παιδιά. Canes dicuntur calculi, qui mutuò sibi insidiantur in ludo laterunculorum, seu tesserarum. Idem, εἰδός τι κυβεῖας, ἢ πόλις, species ludis verbs. Φίφοι πολλῶν ἐν Διαρραιμέναις ποιοῦχοι πεμπέντα ἐχίνεται αἴταναίπεροι. Cum multi calculi in descriptis quibusdam locis positi essent, alij ab aliis per vices capiebantur. Laterculus ille dicitur verbs, quia vt in vrbe plures domus, sic & in laterculo loci plures. Calculus quisque dicitur canis ob impudentiam, διὰ τὸ ἄγανθες. Laterculus enim lineis erat distinctus transuersis, & directis, vt ait Varro, & vnicuique calculo sua sedes attributa. Hesychius, πόλεις παιζεῖν, ludere verbes. Δοκεῖ μετινέχων ἐπὶ τοῖς φίφοις παιζόντων ἐν τοῖς λεγομέναις νῦν χόραις, τοτὲ δὲ πόλεσ. Videtur id desumptum ab iis, qui calculis ludunt in sedibus, que prius dicebantur verbes. Ludus dicitur ζαρεῖν. Hesychius, ζαρεῖον τὸ δέ δικοῖς πολασθεῖσαν. Zetrum servorum ergastulum. ζαρεῖον, ζαρεῖον, quia sedes illæ dictæ carceres, quibus calculi includerentur. Ars calculorum difficilis fuit. Plato *Politic. 2.* πεντάπολις, ή κυβετηρίς ικαρὸς εἰδὴ εἰς φύσιν, μὴ αὐτὸν τέτοιο ἐπιπλόδων. Nemo potest peritè ludere calculis, aut tesseras; nisi à puero id studuerit. Lib. 7. Eee 4. de

*de legibus, πενθεῖν δὲ τὸν γένος μαρτύρειν, Inuenes calculis ludere discere debent. Lib. 6. de Republica, ὡστε τὸν πενθεῖν δενῶν οἱ μὲν τελετῆστες ἀποκλεόνται, ἐγὼ δὲ ἔχων ὅπι φίρωσι. Vi à peritus ludi calculatorum, γ, qui non finiunt, includuntur, & non habent quod ferant. Idem, οἷς πάτεται, ὡστε εἰ τῇ πεντείᾳ ἐδιατίθεται εἴς εἴπει φίρεστο μαρτύροι ἢ τὸν ἀντιπάλουτα ποιεῖν ἕπεται, οὐτως, οὐτε μὴ ἔχειν ὅτι πέρι τῶν ταῦτα ἀντιφέρωσι. Ut in ludo calculatorum sunt calculi, quos si quis inlerit, possit aduersarios vincere, ita ut non habeant ad ista quod contrā ferant. Vide Eustathium *Odyss.* fol. 25. Athenaeus lib. 1. Diodorum Megalopolitam, Theoxenum, Leonem Mityleneum calculis inuictos fuisse scribit. Apud Pollucem lib. 9. Cratinus dixit, καὶ κώνα, καὶ πόλιν τὸν πατέρων. Et canem, & urbem, quam ludunt. Pollux, ἐπειδὴ δὲ φίροι μηδεὶς εἰς πεντετετράς εἶχε τὸν πατέρων τούτον, &c. Quia calculi dicuntur pessi, & unusquisque ludenium quinque calculos habuit, &c. Calculi autem vel ordinarij sunt, vel inciti. Ordinarij vagi sunt, inciti non mouentur, ait Isidorus lib. 18. Vnde prouerbium, Ad incitas redigere. πενθεῖν, πατέρειν, φίρεται, calculis ludere. Calculi erant bicolores. Suidius lib. 8. epist. Hic tabula calculis strata bicoloribus; alter alterum ἑτέροχων diuersi coloris, vel ligat, vel includit, & capit. Ouidius lib. 2. *Tristium:**

*Discolor ut recte graffetur limite miles,  
Cum mediuss gemino calculus hoste perit.*

Quia vnum discolor, à duobus diuersi coloris, inclusus capiebatur. Ibidem,

*Vi mage velle sequi sciat, & renocare priorem,*

*Ne tuò fugiens incomitatus eat.*

Calculi enim fugiunt sequentes, sequuntur fuentes, comites accipiunt, quibus aduersarios includunt, est belli simulacrum. Lucanus *ad Pisonem:*

*Callidiore modo tabula variatur aperta*

*Calculus, & vitreo persaguntur milie bella,*

*Vi nivis nigros, nunc & niger alliget albos,*

*Vi citus, & fracta prorumpat in agmina mandra.*

Frangit mandrām, & stabulum calculus, qui prorumpit in sedem calculi diuersæ partis; idēt latrones dicti. Ouidius latronum prælia ludere dixit. Calculi erant vitrei, eburnei, argentei, aurei. Petronius pro calculis albis, aut nigris, aureos, argenteosque habebat denarios. Tabulam, laterculum, abacum, alueolum vocant. Petronius:

*Nomen amicitie, si quatenus expedit, haret;*

*Calculus in tabula mobile ludit opim.*

Græci in tabula lusere tesseras, & calculis, vt fortunæ, & arti locus esset. Martialis lib. 14. de tabula lusoria:

*Hic mikri bis seno numeratur tessera puncto,*

*Calculus hic gemino discolor hoste perit.*

*Insidiosorum si ludis bella latronum,*

*Gemmens iste tibi miles, & hostis erit.*

Ouidius 2. *Artis:*

*Sive latrocini sub imagine calculus ibit,*

*Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.*

Calculi leuès erant, & rotundi, vt Isidorus scribit

lib. 18. Vnus discolor à duabus aduersæ partis

includebatur. Lucanus *ad Pisonem:*

*Ancipites subit ille moras, similisque ligato  
Obligat ipse duos.*

Ouidius lib. 3. Artis:

*Cantique non stulte latronum prælia ludat,  
Vnus cum gemino calculus hoste perit.  
Bellatorque fatus prensus sine corpore pugnet,  
Æmulius, & captum sape recurrat iter.*

Martialis lib. 7.

*Sic vincas Noviumque, Publiumque  
Mandris, & vitro latrone clusos.*

Hesychius, ἔφεδρος ταῦλις, τετράς ἐγερδῶν, Subſessor, insidiator, tablista, & tertius in insidijs ſubſidens. Idem, δημητρικάτεραν τῶν πεπλειαν & κυκλίος ἔνθιζον. Plus scientia, & artis in calculis, quam in tefferis eſſe ceneſebant. Seneca de Tranquili. Ludebat ecalculis, cùm Centurio agimen periturorum trahens, illum quoque citari iubet. Vocatus numerauit calculos, Centurioni dixit: Testis eris me vno antecedere. Calculus vnuſ fuit, qui Rex dicetur. Scholiaſtes Theocriti, ή ḥ λέξις μεταφορᾶς ἀπὸ τῆς παιδόντων τὸ κοινολέκτως λεξίδιου ζατείκιον. ἐκπονοῦ ὃ ὅταν πολλὰ ποιησαντες ἐδιώνται ἐπέρας γινόνται τὸ ὄμοιον παικτορά, καὶ νῦν ἡ τὸ τερῆς χαρακῆς λίθον, τὸ δὲ βασιλία καλέιθεν. Dicitio ſumpia est per metaphoram ab iis, qui ludunt zatricio. Illi enim cùm omnia fecerint, si non poſſunt vincere eum, cùm quo ludunt, lapidem mouent à ſacra linea, qui Rex diciuntur. Cap. 241. Achmes, ὁ βασιλεὺς ἡ μέγιστος, ἡ ἀρχὴ πολέμων, ἐὰν ἵδη ὅπῃ τὸ ζατείκιον ἀπὸ ἀπώλετο, ἡ εὐλάβη, ἡ εὐλάτη, ἀπολέσει τὸ ſraton ἀπό. Rex, autē dux bellī ſi ſomnauerit Zatricium ſuum periisse, fratum, aut furio ſeductum eſſe, exercitum ſuum amittet.

ter.

ter. Item, ἐὰν ἵδη τὸ ὅπῃ παιδῶν συζαπεχθῆ ἐπέρα γνωσίων. Si ſomnauerit ludere ſe calulis cum altero moto ſibi. ἐὰν ἵδη ὅπῃ παιδῶν πλεονας ἑλαῖς τῷ παιδίῳ περισσώπων, ſi viderit in ſomni ſe ludentem plures capiſſe ludi personas, id eſt, aduersarij ſui calculos. Pollux lib. 9. Διηριδύνον τὸ eis δύο τῷ φίφων καὶ τὸς χειρῶν, η τέχνη τὸ παιδίᾳ τῷ παιδίκῃ φίφων εμοχέρων τὸ ἐπέροχεν ἀναρεψεν. Cūm calculi in duas partes diuiniſſi ſint ſecundūm colores, ars ludi in eo eſt ut duo eiusdem coloris calculi hostem contrarij coloris circumueniant, & tollant. Vincebat qui omnes aduersarij calculos ceperat, & regem ipsum ad incitas redegerat. Lucanus ad Pifonem,

Interea ſectis quamvis acerrima ſurgunt  
Prælia militibus, plena tamen ipſe phalange,  
Aut etiam paucō ſpoliatuſ milite vincis.  
Et tibi captiuua reſonat manus viraque turba.

## De Diagrammismo.

### C A P V T   L X I .

D iagrammismus aliud fuit à ludo calculorum. Eustathius ad Iliad. ζ. Διαγραμμίον τὸς κυβίου διὰ φίφων. Diagrammismus ſpecies ludi per calculos. Conſtabat calculis ſexaginta nigris & albis, qui de loco ad locum trahebantur ad iactum tefleræ. Hesychius Διαγραμμίον παιδίᾳ τῷ, φίφων ἔχοντα λαβόντι μελανῶν ἐν χόραις ἐλκομένων. Pollux χαρακῆς, Διαγραμμίον, & Διαγραμμίζειν νοεcat. Vide lib. 1. Anthologias titulum eis παιδίᾳ, ubi sextus

sextus dicitur habere septem calculos, vnum nonnus, sumimus duos qui erat æqualis decimo, qui erat post summum habuit duos. Diuus qui locus fuit in dextro latere, habuit vniōnem qui erat & calculus vltimus. Sed niger duos in octauo loco reliquit, & duos alios ad positum vndecimi. Similes alij circa duodecimum enitebant, & tertio-decimo vonus solus calculus erat. Biuges Antigonum ornabant quod nomen est sedis in sinistro latere. Decimoquinto æqualis erat typus, octodecimo similis, quartus ab vltimo duos alios habebat, sed rex albi calculi signa sumens, & futuras insidias non videns triplices, cum ex improviso ex colo, seu fritillo calculos iecisset, duo & sex, & quinque adduxit, statim verò octo habuit impares omnes, totos priùs diuisos, & victus est,

τερχθαλας ἀσύντα βαλὼν Φιρίδας ἀπ' οὐρας  
πύργος δερατέων κλίμακι καλλονίων,  
δοῖα, ἡ τοξοῦ, ἡ πέντε καπηλαγροῦ.

Describit sexaginta calculorum ludum, qui apud Græcos cum tesseratum iactu iungebatur. Is ludus dicebatur & ζευμψιον Hesychio. In ludo calculorum Græcanico quinque tantum fuere lineæ, quinque singulis lusoribus calculi. Deinde & Romæ, & in Græcia duodecim lineæ, triginta calculi, cuique lusori quindecim; de quibus vetus epigramma, quod Salmasius vir doctissimus affert. De Tabula,

*In parte alueoli pyrgus velut una resedit,  
Qui vomit internis tesserulas gradibus.  
Sub quarum iactu discordans calculus exit,  
Certantēsque fons variata duos.*

Hic

Hic proprium faciunt ars, & fortuna periculum:

Hec cauet aduersis casibus, illa fauet.

Composita est tabula nunc talis formula belli,  
Cuius missa facit tessera principium.

Ludentes vario tum exercent prælia fato,

Russus, an nitidus premia sorte ferat.

Omnino ludus ille est, quem hodie vulgo vocamus Trictrac. Tesseras enim in alueolum mittimus, in quo vtrinque duodecim lineæ, pro iactu calculos disponimus; ars, & fortuna inter se certant. Terentius:

*Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseras,*

*Si illud, quod maximè opus est, iactu non cadit;*

*Illud, quod cecidit fortè, arte ut corrigas.*

Ouidius lib. 2. Artis:

*Seu ludet, numerosque manu iactabit eburnos:*

*Tu male iactato, tu male iacta dato.*

Ita bene Salmasius vir eruditissimus legit, non vt vulgo,

— tu bene iacta dato.

Tu quæ malè ieceris, malè promoueto, malè disponito, vt vincaris. Agathius epigramm. in tabulam Zenonis, ποικιλότεκτον διον calculorum vocat, varie structam positionem. Aristænetus lib. 1. epist. 23. ποικίλας μεταθέσεις ή Φίφων. Eudemus ludum esse volunt cum ludo duodecim scriptorum, de quo Cicero lib. 1. de Orat. Pila bene, & duodecim scriptis ludere. Ouidius lib. 3.

Artis:

*Est genus in totidem tenui ratione diductum,*

*Scriptula quot menses lubricus annua habet.*

Cicero: Itaque tibi concedo, quod in duodecim scriptis

scriptis olim, vt calculum reducas, si te alicuius dati pœnitet. Σέργος φίλον, ponere calculum, ἀνάστησαι, reducere, corrigerē. Ausonius in Professoribus cap. 2.

*Narrantem fido per singula puncta recursu*

*Quæ data per longas, quæ reuocata, moras.*

*Vidimus & quondam tabule certamine longo*

*Omnes, qui fuerunt, enumerasse bolos.*

*Aliernis vicibus quos precipitante rotatus*

*Fundunt excussi per cana buxa gradus.*

Dare calculos, in sedibus ponere, in lineis locare. Boli sunt tesseræ, vel tesserarum iactus, quæ dari dicuntur, cum mouentur. Eustathius, καὶ τοῦ ποδὸς οἱ τετράποδοι εἰς αὐτῷ εἰσι βόλοι, Tesseræ boli sex lateribus instructi, qui iaciuntur. Glossæ, βόλια, tessera, βολίδες. Isidorus: Tesseræ iacula appellantur. Herodotus tesserarum, talorum, & pilæ ludos Lydis attribuit, calculorum Ægyptiis. Palamedes reperit calculorum ludum sine tesseris, non alium, quem Græci modò πεντάν, modò κυκλῶν vocant, quia ad iactum tesseræ calculi mouebantur. In tabula, seu ἀκαίων duodecim fuere lineæ, seu duodecim scriptula Romanis, sed tringinta calculi, quindecim albi, quindecim nigri. In veteri ludo calculorum ostendimus suprà quinque tantum vtrinque fuisse lineas, & quinque vtrinque calculos. Sed præter illas quinque lineas vtrinque etat media linea, quæ dicitur sacra. Pollux lib. 9. Καὶ πέντε ἵπποι πρὸς τετραμήνιον τὸν τοῦ ἵππου τετραμήνον, οὐ δὲ ἐκεῖδεν κανόνα πεντίδαν ἕποις, κανόνα τοῦ ἵππου ἕπας. In medio quinque linearum, quæ vtrinque erant, sacra linea fuit intermedia; unde qui moueret calculum,

lum, prouerbio locum faciebat, Moueo calculum à sacra linea. In hoc ludo, vt suprà ostendimus, nihil fortunæ datum, omnia arti, & iudicio. Ludus è tesseris, & calculis mixtus Ægyptiorum inuentum est, in quo duodecim lineæ, seu duodecim scripta. Tribus tesseris vtebantur veteres ad hunc ludum, & quisque ludentium quindecim calculis. Is ludus Tabula dictus. Suidas, ταβλα ἔργον παιδιά.

Iuuenalis:

— Nec enim loculis comitantibus itur

Ad casum tabula, posita sed luditur arca.

Vnde ταβλιστής, ταβλίστης. Eusebius lib. 5. Histor.

Ecclesiast. ταβλας ἡ κύκλοι παιζειν, ταβλίσται παιζειν.

Gloss. κύκλος τὰ ταβλιον. Augustus apud Suetonium:

Forum aleatorium calfecimus, id est, tabulam.

Virgilius 6. Aeneid.

Implevitque foros.

Martialis lib. 14. de tabula lusoria:

Hic mibi bis seno numeratur tessera puncto,

Discolor hic gemino calculus hoste perit.

Bis senum punctum vocat, quia in tabula erant duodecim scripta, duodecim lineæ, in quibus calculi disponebantur ad iactum tesserarum trium, aut duarum. Quod fit hodiéque in nostro Trictaco. Isidorus lib. 17. Sed & ipsas vias senarii locis distinctas. τόπος, χώρας, ὁδὸς vocant lineas, per quas currunt tesseræ. Laterculus dictus πόλις, vt ostendimus. Palamedes apud Philostratum in Heroicis, reperit ludum calculorum. Vide quæ diximus cap. 1. Pollux lib. 7. cap. 33. Aleæ genera numerat Pleistobolindam, Artiasmon, Diagrammisum, quem vocat γραμμάς, Imantelignum, & Nau-

machiam.

machiam. In Diagrammismo erant *muri*, seu laterculi, in quibus collocabantur, & mouebantur sexaginta calculi, albi, & nigri. Philemon, μενίς,  
Στρατηγούμενος, πολεμός, Ebrinius est, calculus, & alea ludic.  
Plinius lib. 37. cap. 2. Pompeius in triumpho  
transtulit alueum cum tesseris lusorium, è  
gemmais duabus, latum pedes tres,  
longum pedes quatuor. In eo  
fuit Luna aurea pondo  
triginta.

F I N I S.



INDEX



## INDEX RERVM ET VERBORVM.

*Iuxta numerum paginarum.*

A		79
	Bacus.	50
	Acinetinda.	27
	Aeræ quid.	21
	Alea ubiq; penè vetita.	1
	Tolerata in Augusto sene.	ibid.
	In Germania etiam in ter feria exercetur.	ibid.
	Hunnis attribuitur à S. Ambrosio.	2
	Cur fugienda.	ibid.
	Alea militis nomen in bello Troiano.	8
	Alea Græca.	46
	Romana.	58
	Alea quid & vnde dicta.	ibid.
	Alea, tesserarum, talo- rum, pilæ ludus à quo inuentus.	8
	Alea præsidem Saturnum facit Lucianus.	55
	Aleæ genera varia.	79
	Aleæ Mercurius & Pan præsident.	53
	Aleâ ludentem cœtu pio- rum mouet Concil. Elibertinum.	2
	Aleâ Romæ ludebat pue- ri.	3
	Senes.	4
	in Alea duodecim scripta.	5
	Alearum usus antiquus.	3
	Aleator, aleo.	4.55
	Aleatorium.	4.52
	Aleo, aleator.	4.55
	Alueus lusorius.	50
	Amilla, seu omilla.	22.36
	Aphentinda.	36
	Apodidrafcinda.	27
	ἀπόδραξις.	23
	Artiasmos.	15.16
	As, vnio.	52
	Ascoliasmus.	27
	Fff	Asinus,

# Index Rerum

- Afinus, pilæ ludo vicitus. 23  
 Afinus in ludo quid. 28  
 Astragali, tali. 46.60  
 B  
 B Afilinda. 24.38  
 C  
 C Āeci ludus. 24  
 Calculi quid. 50  
 Calculi & tesserae diffe-  
     runt. 68  
 Calculi bicolores erant.  
     72  
     Erant vitrei, eburnei,  
         argenti, aurei. 73  
     Leues & rotundi. ibid.  
 Calculorum ludus à quo  
     inuentus. 9  
     Antiquissimus est. 68  
 Calculorum duo genera.  
     72  
 Calx pro calculo apud  
     Plautum. 70  
 Canis pro calculo, seu  
     latrunculo. 68.78  
 Canthus quid. 12  
 Cappifolæ. 34  
 Caput, aut Nauia. 14  
 Castellum nucum. 17  
 Casulae exstruendæ. 31  
 Chalcismus. 16.21
- Chanse. 50  
 Chelichelone. 37  
 Chetmat, rex mortuus au-  
     ieu d'Eschets. 8  
 Chytra quis. 44  
 Chytrinda. 24.25.44  
 Cindalismus. 33  
 Colabismus. 34  
 Contomonobolum. 29.  
     35  
 Contopæctes. 36  
 Cottabus. 34  
 Coturnicum pugna. 24  
 Cotyle. 26.40  
 Courir la Quintaine. 35  
 Croix, ou pile. 14  
 Cubefinda. 39  
 Cubus quid, & vnde. 47.  
     53.58  
 κυκεῖον. 50
- D
- D lagrammismus. 75  
 Digitis micandi lu-  
     dus. 16  
 Dielcistinda. 24
- E
- E lcistinda. 39  
 Eolocrafia. 41  
 Ephebica. 22  
 Ephedrismus. 40  
 Ephetinda. 45
- Ӯ̄nixos

# & Verborum.

- ὄνιξος.  
 Episcyrus.  
 Epistracismus.  
 Equestria lignea.  
 Equitare in arundine. 30  
 Eschets, latrunculi. 68  
 Exagium, pro trutina. 17
- F
- il F Aquino. 35  
 Follis maior. 19  
 Foramen Domnæ. 43  
 Forum aleatorium. 50  
 Fritillus vnde dictus. 65
- H
- H Arpaustum. 20  
 Hippas. 29.40  
 Hippice. 29.35
- I
- I Actus boni. 35  
     Infelices. ibid.  
 Iactus felices qui ex Pol-  
     luce. 56.& seq.  
 Iactus triginta quinque  
     apud Græcos. 54.58
- L
- L atronum prælia lu-  
     dere apud Ouid. 73  
 Latrunculi quid. 68  
 Ludere ad rotam quid. 13
- O
- O cellata. 21  
 Omilla, seu amilla.  
 22 Fff 2 Orty
- Ludus Athenis in balneo  
     Academiae. 32  
 Ludi malum. 4.10  
 Ludorum origo. 6  
 Diuifio. 10
- M
- M Adrellæ. 13  
 Manus, pro iactu.
- 57.59  
 Materes, seu lapilli. 13  
 Matras, pro sagitta. 14  
 Meliæ, tali. 52  
 Melolonthe. 43  
 Micationis ludus. 16  
 Micatione olim carnes &  
     merces emebantur in  
     foro. 17  
 Milites, latrones, latrun-  
     culi, calculi. 68  
 Monobolon. 29  
 Mourre. 17  
 Muinda. 24.& seq.  
 Musca ænea. 26
- N
- N vibus olim luden-  
     tes pueri pœnas  
     dabant. 19
- Numeri pro tessellis. 63

## *Index Rerum*

Ortygopia.	24	Pyrricha.	44
Oscillatio.	21	Pythagus.	31
Offa puncta, pro tesseris.			
64			
Ostracinda.	28		
Ost <sup>ράκη</sup> φειροφή, testæ con- uersio.	28		
P			
Par, aut impar.	15		
Pair, ou sou.	15.16		
Pair, ou non.	ibid.		
Pentalichis.	40		
Perichyte.	29.36		
πίστη.	50		
Phennida, seu Pheninda.			
45			
Phennis.	ibid.		
Phistobolinda.	50		
Phryginda.	37		
Pila.	19		
Pila Trigonalis.	ibid.		
Paganica.	ibid.		
Pila pro naui.	14		
Pilæ genera quatuor apud Romanos.	19.20		
Pilæ ludus à quo reper- tus.	8		
Pilote, magister nauis.	14		
Platagonium.	41		
Plausus ad Solem.	39		
Proæresimon.	50		
Psephi pro tesseris.	ibid.		
Q		Vintanus Contax.	
		29.35	
		R	
R	Afle.	49	
	Rathapygismus.	31	
Reticulum Romanum.	19		
Rex, ludorum victor.	23		
Rotæ duodecim in sym- posio Xenophontis.	13		
		S	
S	Cacchi, & Scacchia	68	
	pro latrunculis.		
Scakia.	49		
Scaperda, omnia diffici- lia.	39		
Scaperdam trahere.	ibid.		
Scaria.	33		
Schœnophilinda.	34		
Scintharismus.	33		
Skakia, vulgo i <sup>e</sup> ts d'escbets.	8		
Speculum Pythagoræ.	31		
Sphæromachia.	20		
Streptinda.	33		
		T	
T	Abella aleatoria.	50	
	ibid.		
Tabula.	5.50		
Tabula talaris.	ibid.		
Alearis.	ibid.		
		Tabulæ	

### *eg Verborum.*

Tabulæ ludus à quo in- uentus.	9	in Talis canes erant , in tesseris vniones , seu puncta.	63
Tabulæ ludus apud Sui- dam.	70	Taxilli.	52
Tabulæ diuersa nomina. 73		Telia.	24
Talus,	46	Tesseræ ludus à quo re- pertus.	8.9.47
A tessera differt.	59	Tesseræ, seu tali à calculis differunt.	8
Tali ab artiasmo distin- guuntur.	16	Tesseræ tres aut duæ fue- re in Græcia.	55
Tali apud Reges aurei.	52	Tesseris aut talis Romæ lusum.	2
Tali ex cornu , vel osse, vel talo hinnulei.	ibid.	Trictacum, <i>trictac.</i> 8.48.	
Tali quatuor aut plures fuere in Græcia.	55	77	
Tali obplumbati.	66	Trochus.	11.12.13
Talorum ludus à quo re- pertus.	8	A turbine differt. ibid.	
Talorum iactus qui.	47.	A Catone Dionysio commendatur.	10
60			
Talis ludens Hegesilo- chus à Rhodiis in exi- lium pulsus est.	2	Troia.	44
Talis quatuor ludebatur.		Tropa , seu versura , ludi genus.	22.43.54
62		Trygodiphosis.	44
Talis & tesseris interdum ludebatur simul.	ibid.	Turbo.	11.13
Interdum separatum.		Typus numerus ostendēs iactum.	53
ibid.		V	
		Rania.	23

E I N I S.

---

## *E R R A T A.*

*Pag. Lin.*

- 47. 6. *lege*, Tesserarum casus, seu *ωλεύ*.
- 57. 4. de Venere Suetonius.
- 58. vlt. *έποστρεψ*.
- 77. 22. Agathias.

